

loqui, ac errorem corrigere. 1. Quia tunc proprie non loquitur extra Confessionem, sed perficit eam, que inchoata, & imperfecta erat. 2. Quia in casu mali consilii, nil loquitur de Confessione preterita, sed suum consilium male datum revocat, Ardekin tom. 2. pag. 376. num. 13. & Fenech. Quod si penitens audire non velit, debet Confessarius eum monere, quod sit in malo statu, denegando licentiam, & recusando audire.

3214 Si penitens, ob aliquem bonum finem, ver. grat. ad Consilium a doctiori petendum, an malum aliquod avertendum, &c. licentiam det Confessario, de proprio peccato, aut alia re confessionis cum alio loquendi, potest Confessarius sine fractione figilli, cum eo loqui, sed non cum altero, ad quem licentia non fuit concessa; quia id, quod penitens potest facere perse, potest per alium facere, nec Confessio odiosa redditur; licentia autem debet esse expressa, & nullo modo sufficit presumpta, quia talis presumptio est odiosa, aut periculosa; imo tunc peccatum manifestare debet, de quo consilium petit, non peccatorum.

3235 Dixi, ob aliquem bonum finem; quia ut rite advertit Scotus in 4. d. 21. q. 2. lit. L. jus sigilli Sacramentalis non est tantum ipsius confitentis, sed etiam totius communitatis fidei, que alias maxime perturbaretur, & ipse Sacramenti, cui ipse penitens renunciare non potest; ac proinde non potest penitens ex lubricitate, & levitate licentiam Confessario dare de re ad confessionem pertinente loquendi, nec Confessarius ea uti debet sine magna Sacramenti irreverentia.

3226 Ille vero, qui Confessarius peccatum de penitentis licentia manifestavit, est consilium, aut aliam causam ad abolitionem Sacramentalis spectantem, ad sigillum Sacramentalis tenetur, quia est notitia ex Confessione orta, & ad Confessionem ordinata, Ardekin cir. pag. 227. n. 15.

3227 Ad sigillum Sacramentalis tenetur ultra Confessarium, interpres ille, quem Confessarius super re Confessionis consuluit; laicus, qui Sacerdotem se fingens, Confessionem excipit, aut qui casualiter peccatum confitentis audivit; item ille, cui Confessarius sacrilege revelavit peccatum. Ita Scotus in 4. d. 11. q. 2. lit. N. L. qui advertit praefatos praeter Confessarium teneri sigillo Sacramentali, ita ut sacrilegium contra Sacramenti reverentiam committant, si de eo peccato loquantur, quatenus ad eos notitia ex Sacramento parvenit; non tamen cum eodem rigore, quia non subjacent penis Canonice, quibus ipsi Confessarii subdun-

tur; que in cap. omnis usque sexus de penit. & remis. sunt depositio & perpetua penitentia in archo Monasterio luenda.

3238 Penitens non tenetur ad sigillum Sacramentalis, tenetur vero ad secretum naturale, quoad ea, ex quorum manifestatione sequeretur gravis infamia sui, aut Confessarii. Omnino vide casum n. 2930.

## CAPUT V.

## De Ministro Sacr. Parit.

3239 **M**inister hujus Sacramenti est solus Sacerdos. In eo, ut valide absolvat, requiritur intentio, potestas Ordinis, & jurisdictionis. Potestas Ordinis dicitur potestas remota, potestas vero jurisdictionis potestas proxima, quatenus Sacerdos vi ordinationis accipit a Christo potestatem ad absolvendum, sed non accipit subditos. Unde jurisdictione Confessarii Est jus in subditos ad exercendam potestatem absolventi, quam ex vi ordinis Sacerdos habet. Hinc absolutio a Sacerdote data sine jurisdictione, est nulla, ex Trident. sess. 14. capit. 7. Quia Sacramentum penitentiae est actus iudicis, qui, si exercetur in non subditum, est nullus: vid. numero 3285.

3240 Hinc fit, quod simplex Sacerdos non approbatus non possit valide absolvere a venialibus, aut mortalibus alias confessis. Ita Martius disp. 21. qu. 8. num. 202. Faber Brancatus, & Scottus; quia licet materia sit libera, absolutio est sententia, & actus iudicis, qui in non subditum est nullus. Unde opposita opinionis usus fuit prohibitus ab Innoc. XI. ut in nu. 2935.

3241 Jurisdictio est triplex, ordinaria, delegata, & ex concessione juris.

Ordinaria, habetur ratione officii: eam habet Summus Pontifex in omnes Christi fideles, Episcopus, & eius Vicarius in omnes ad suam dioccesim pertinentes, Parochus in suos Parochianos, & Penitales Regulares in fuos subditos; tales sunt Generales, Provinciales, Priores, & Guardiani, qui quidem alia approbatione non indigent, ut suorum subditorum Confessiones excipiant, quia tam ex jure communi, quam ex statuto nostro Ordinis, sunt proprii Sacerdotes.

Parochus relicta Parochia indiget approbatione, Sieri de penit. n. 757. cum com. quia tunc cessat officium Parochiale, ratione cuius competit potestas ordinaria.

3242 Delegata, quae non ex vi officii, sed

ex concessione Ordinarii Sacerdoti communicatur.

3243 Parochus, non obtinens Beneficium, cui est annexa cura animarum, non indiget alia approbatione; bene vero, si officium, vel Beneficium relinquat, Ardekin tom. 2. pag. 207. num. 2.

3244 Ex concessione juris, competit habentibus jus vel privilegium eligendi pro se Confessarium non approbatum. Tales sunt Cardinales, & Episcopi.

Item Praelati Religionum, videlicet Generales, Provinciales, Commissarii, & Procuratores Curiae Romanae, & Vicarii Conventuum in Capite, qui gubernant in Capite, hoc est, qui gubernant in absentia, aut morte Superioris localis, Melphi in Comm. c. 7. stat. 1. qu. 1. & Praefati Confessarium eligere possunt non solum in Conventu, sed etiam extra, sicut etiam extra possunt suorum subditorum confessiones audire; quia privilegium est personale, non locale. De Episcopis alio modo discurrit Diana p. 3. tr. 2. ref. 3. contra Villalobos in sum. tom. 1. rr. 9. diff. 15. n. 4.

Parochi, aut qui Beneficium Curatum habent, non possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario: quia non sunt Praelati: v. in pag. 2. Prop. 16 ab Alex. VII. damn. Et n. 3275.

3245 In articulo mortis quilibet simplex Sacerdos, non approbatus, imo excommunicatus vitandus, haereticus, &c. si non sit alius promissus, potest quoslibet fideles a quibusvis casibus & censuris etiam reservatis absolvere, ex Trident. sess. 14. . . . 7. quia in articulo mortis nulla est reservatio, & Trident. nullum excipit Sacerdotem, sed ample loquitur: Veruntamen pie admodum, ne hoc ipsa occasione aliqui peccent, in eadem Ecclesia Dei custodiamus semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis; atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet penitentes a quibusvis peccatis, & censuris absolvere possunt.

Hinc pro tali casu Ecclesia dat jurisdictionem, & tollit omne impedimentum Canonicum ex parte Sacerdotis: vide tom. 3. numero 171.

3246 Quamplures Doctores, Diana, Lugo, Ponticus, Faber, & alii apud Matthium disp. 21. qu. 8. nu. 203. tite sub articulo mortis etiam comprehendunt periculum probabile mortis, cum hoc solo discrimine, ut in periculo mortis Sacerdos absolvere possit directe a quibusvis peccatis, etiam reservatis; a censuris vero reservatis non nisi sub conditione, ut periculo alapsi coram Superiore se praesentet, nedum

pro satisfactioe, & ut stet ejus mandatis, sed etiam pro abolitione: v. n. 3355. Et 3359.

3247 Articulus mortis proprie est tempus illud, quo mors certo inflat de proximo, & est inevitabilis.

3248 Periculum probabile mortis est illud, in quo inflat certo, sed ex saepe contingentibus probabiliter timetur mors; tale est in eis, qui periculum, aut periculosam & longam navigationem proxime jam aggressuri: v. n. 3357.

## JURISDICTIO DELEGATA

3249 **N**on confertur, nisi aliquo signo externo, quia Sacramentum est signum sensibile exterium. Sufficit tamen quodcumque, quod revera, & iudicio prudenti, in talibus circumstantiis indicet intentionem conferentis jurisdictionem.

3250 Unde non est necesse, quod fiat per litteras; adeoque qui sunt ab Ordinario re tenus designatus Confessarius, valide absolvit, antequam expediantur Litterae, nisi Ordinarius expresserit, se nolle jurisdictionem conferre, nisi expeditis litteris; Diana p. 1. tr. 14. ref. 45. Sieri de penit. nu. 699. Leander de penit. disp. 11. q. 80.

3251 Item Ordinarius si videns Sacerdotem, non designatum audientem Confessiones in circumstantiis, in quibus posset commode impedire, non impedit, censetur jurisdictionem illi conferre; in ordine tamen ad Confessionem illam, minime ad alias in futurum, & Sieri cir. nu. 697. ex Gobat. tr. 7. num. 8. & Leander cir. q. 94. Nam (ut docte ponderat) sumus in materia, in qua iudicium prudentum facit intrinsecam rationem.

3252 Et convincit à pari; nam (sicuti in sententia omnium, ut testatur Nav. in sum. c. 12. nu. 58. est sufficiens signum externum voluntatum celebrantium ipsa fides, si contrahentibus parentibus, filii silent, cum facile si vellet, reclamare possent, cum non erit sufficiens signum externum consuetudinis Episcopi, qui cum possit impedire, filiet?)

Idem tenet in istem circumstantiis, si Episcopus non videat, sed certo sciat, cum eadem sit ratio.

3253 Hic tamen Confessarius à principio confessionis excipere sine jurisdictione. Ad hoc penitens, detecto errore, tenetur peccata illa priora repetere, & sufficere de illis se accusare in genere, si hoc fiat in eadem confessione, & cum eodem Confessario, dicendo: Me accuso de omnibus peccatis, quae jam manifestavi.

3254 Non sufficit ad conferendam jurisdictionem rati habitio de futuro, videlicet, quod Sacerdos prudenter credat Ordinarium rati habiturum confessionem; quia ex *Trid. sess. 14. c. 6.* ad valorem hujus Sacramenti requiritur jurisdictione actualis, quam non dat rati habitio de futuro, quia hæc non est, sed erit.

3255 Sufficit autem rati habitio de presenti, *Leander cit. q. 94. Sieri cit. m. 694.* cum Com. Quæ non sufficit, si fit pure tacita, seu præsumpta, quatenus si Ordinarius sciret, actu concederet; quia voluntas non fertur in incognitum, sed requiritur ex *n. 3249.* quod fit alia circumstantia, seu signo, physice aut moraliter externa, talis est in casibus *num. 3251. & 3252.* expressis. Item, si Ordinarius signa complacentiæ & gaudii super talibus confessionibus expresserit, & hæc dicitur licentia tacita externa, *Sieri cit. n. 695.*

Hinc recte subdit *Sieri cit. n. 694.* cum Tancred. quod si Sacerdos petat ab Episcopo licentiam audiendi confessiones, et nulla subdit ratio denegandi hanc facultatem, atque Episcopus taceat, habetur tunc licentia pro concessa; & recte quidem dicitur tunc, si casus talis fit, ut vere non sit ratio denegandi licentiam, & Episcopus, si velit, possit facile denegare: nec illud silentium reduci potest ad prudentem denegationem licentiæ, positus enim his conditionibus, silentium est signum externum concessionis; quia hic valet: qui tacet, consentire videtur.

#### ERROR COMMUNIS

3256 Cum titulo colorato, seu putativo, à legitimo Superiore collato, dat jurisdictionem. Hæc sententia est moraliter certa, quam docent communiter Jurisperiti, & Theologi, *Diana par. 6. tract. 1. resol. 94. Cadenas differt. 2. cap. 6. art. 5. Sieri à num. 700. Leander de pœnit. disp. 11. qu. 101. & innumerati ad ipsos.* Ex jure civili, *l. Barbarius, ff. de offic. Prætoris.* Et ex jure Canonico, *c. In famis 3. q. 7.* his verbis: *Si servus, dum putaretur liber, ex delegatione sententiam daret, quamvis postea in servitutum depulsus sit, sententia ab eo dicta, vel judicate firmatam tenet.* (Ubi) subdit Cardenas (decretum, quod quamvis servus sit in capax jurisdictionis, si tamen communiter ignoretur esse servus, & ex delegatione exercerit jurisdictionem, & gesta per ipsum valent, non quia habuerit verum titulum ad exercitum jurisdictionis, sed quia Princeps propter utilitatem publicam illa valida facit.)

3257 Error igitur communis cum titulo dat

jurisdictionem ob bonum commune, ad favorem fidelium, ac vitanda gravia incommoda, quæ alias sequerentur, eo maxime quia alias innumeræ animæ perirent.

3258 Hinc valide absolvit Sacerdos, si adit titulus coloratus, & error communis; peccat tamen, si sciat nullitatem sui tituli.

3259 Error communis cum titulo colorato tunc habetur, quando Sacerdoti fuit à legitimo Superiore collatus titulus requisitus ad actum, v. gr. titulus Parochi, Confessarii, &c. sed vel nulliter, in quantum erat incapax ob aliquem occultum defectum, & impedimentum, puta quia simoniacus, &c. vel in quantum nullum amisit, talis autem incapacitas, aut amissio communiter ignoratur; sed communiter putant fideles, eum verum habere titulum.

3260 Error communis sine titulo tunc habetur, quando Sacerdoti non fuit à Superiore legitimo collatus titulus requisitus ad actum, sed ipse illum fingit, aut ignoranter credit, & dicit habere; talis autem insidie, & carentia tituli communiter ignoratur. Id contingit in Sacerdote, qui cum falsa licentia confessiones audit, aut cum falsis Bullis pro Parocho se gerit, sed communi populi errore legitimum habetur.

3261 Errorem communem sine titulo non conferre jurisdictionem, sed requiri titulum putativum à legitimo Superiore collatum, tenent *Magnus qu. 8. art. 5. dub. 1. diff. 1. pag. 426. Lugo de iust. tom. 2. disp. 37. n. 23. & quam plur. apud Leandrum de pœnit. disp. 11. qu. 102. Vercelli cit. 2. q. 15. n. 3. & Cardenas differt. 2. c. 6. art. 5. n. 151.*

3262 Est tamen vere & certo probabilis sententia docens, quod error communis sine titulo jurisdictionem conferat, *Diana p. 4. tr. 4. ref. 122. Basilus Pontius de matr. lib. 5. c. 20. Vercelli cit. num. 15. Sieri de pœnit. num. 701. Leander, & Cardenas cit. ac quamplures alii apud ipsos.* Ratio est; quia etiam in hoc casu sequerentur eadem incommoda, quæ sequerentur, quando adit error communis cum titulo colorato.

3263 Ex præmissis doctrinis *Sieri cit. à n. 702.* hæc colligit sequelas.

(Sequitur primo, quod quamvis ego putem, & cum gravissimis Theologis probaverim in *trat. de fide*, Deum nunquam permittitur, ut Romanus Pontifex incidat in hæresim occultam; juxta istud Christi Domini: *Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua; vel si fortassis incidat Pontifex in hæresim occultam, Deum detecturum esse Ecclesiam: nihilominus si Pontifex incidat in occultam*

hæ.

hæresim; defineret esse Pontifex, ut docet communis contra aliquos; sed jurisdictione ab ipso collata, quia adit error communis, titulusque coloratus, valide est collata, suppletur Ecclesia defectum, *Tancredi tom. 4. tr. 1. q. 39.*

3264 Secundo, quod si mortuo Episcopo vel revocato Vicario Generali, communiter, ignoretur mors Episcopi, vel revocatio Vicarii, valet acta ipsius ex jurisdictione, quam tradit Ecclesia, ratione erroris communis, & tituli colorati, *Lessus lib. 2. cap. 29. dub. 8. & communis.*

3265 Tertio, quod si Parochus, vel jure, vel ab homine, privatus est titulo Parochiali, valide absolvit, si defectus communiter ignoratur; quia stante errore communi, & titulo colorato, supplet Ecclesia. Sic communiter Doctores.

3266 Quarto, quod cum innumeræ animæ perirent, si Ecclesia, stante errore communi, non suppleret jurisdictionem casu, quo abest titulus coloratus, ideo dicendum est, quod postulo illo errore communi, Ecclesia supplet. Hæc insolito est communissima, maxime inter Recitantes: fœdèdum pro ea citat *Diana p. 2. tr. 16. ref. 45. & p. 8. tr. 1. ref. 94. & p. 11. tr. 2. ref. 69.*

3267 Quinto, quod si Confessarius est excommunicatus denunciatus, sed id communiter ignoratur, habet ab Ecclesia tunc jurisdictionem ratione erroris communis.

3268 Hinc, si excommunicatus denunciatus audiat confessionem, ubi non est denunciatus, vel tantum temporis sit elapsus, ut communiter ignoretur ejus excommunicatio, valide absolvit, supplet Ecclesia ob communem errorem, *Dominicus Scotus in 4. dist. 1. q. 5. art. 6. Navar. in summ. c. 9. Cajet. in sum. ver. Absolutiois impedimenta; Petrus à Soto de confess. sess. 8. & alii communiter.*

3269 Sexto, valere absolutionem datam ab approbato ad annum, etiam anno elapso, si tamen id communiter ignoretur. Sic communis; quamvis ipse Confessarius graviter peccet absolvendo.

3270 Septimo, valere absolutionem virtute Bullæ, etiam Bulla revocata, si revocatio communiter ignoretur; supplet enim Ecclesia ob errorem communem, *Henriquez lib. 6. c. 6. n. 12.*

3271 Octavo, quod si Episcopus sicte dederit licentiam audiendi confessiones, valet absolutiones, si fictio illa communiter ignoretur, *Sanch. de matr. lib. 3. disp. 22. contra Petrum de Ledesma de matr. qu. 45. art. 5. pun. 5. dub. 3.*

3272 Nono, quod cum, stante errore communi, supplet Ecclesia conferendo jurisdictionem, si post communem errorem incipiat in populo arbitratio de jurisdictione Sacerdotis, debet indagari veritas; ad adhibita debita diligentia, si adhuc dubium remaneat, valide sunt absolutiones, quia prævalet possessio acquisita ex præcedente errore communi, *Tamb. lib. 4. §. 7.*

3273 Denique certum est, quod error particularis, etiam cum titulo colorato, jurisdictionem non conferat.

#### CONSUETUDO COMMUNIS DAT JURISDICTIONEM.

3274 **S**ensus autem non est, quod proprie ipsa consuetudo det jurisdictionem; sed quod sit evidens signum collatæ jurisdictionis ab Ecclesia, seu Superiore; in quantum Superior videtur, & potens impedire, ne jurisdictione illa exerceatur, eo ipso, quod non impedit, consentire videtur, & jurisdictionem conferre, *Vercelli cit. 2. q. 25. num. 8. Cardenas differt. 2. c. 6. art. 6. Sieri de pœnit. à num. 713. & Doctores communiter apud ipsos docentes, hoc esse certum: vide dicta de consuetudine à num. 237. ad 236.*

3275 Ex vi consuetudinis, *Sieri cit. à n. 714.* plura inferit, & maxime quatuor. Primo. Imperatores, Reges, eorumque uxores posse eligere in Confessarium quemcumque Sacerdotem, Angles, Vasquez, Hurtadus, Suarez, & alii.

3276 Secundo. Magnos Principes posse eligere in Confessarium quemcumque approbatum, *Tannerus tom. 4. disp. 6. quest. 9. n. 54. ex Soto.*

3277 Tertio. Sacellanus Imperatoris habere jurisdictionem ad absolvendam Imperatricem, *Mendo in epit. ver. Confessarius, n. 25.*

3278 Quarto. Cardinales posse sibi eligere Confessarium non approbatum ab Episcopo, *Delugo, Diana, Pasqualigus, mo & posse eligere pro tota sua familia in Confessarium Sacerdotem non approbatum, Pasqualigus, & Thomas Hurtadus, adhibentibus Delugo, Bulemb. Leandro, Mercero, Naldo, & aliis, posse Cardinales dare licentiam alicui ex suis familiaribus, ut eligat in Confessarium aliquem determinatum Sacerdotem, etiam non approbatum ab Episcopo, qui poterit familiariter Cardinalis absolvere extra domum Cardinalis. Hac omnia fieri posse innotuit consuetudo, quæ ostendit, Cardinales esse Ordinarios propriæ familiæ. At tamen consuetudo non approbat, quod Cardinales, ratione dignitatis, possint exci-*

pe-

per ubique confessiones, ut testatur communis opinio contra Thomam Huradum.

**DIFFICULTAS EST,**

3279 **A**N Ecclesia suppleat, seu det jurisdictionem Confessio absolventi ex opinione vera & practice probabili circa jurisdictionem?

Quid in hac re sit dicendum, & ego sentiam, satis liquet ex dictis n. 82. ad 100. Pro majori autem ubertate, ac lumine, non erit abs te, sed specialius Doctores dicant, referre.

Certum moraliter esse, quod Ecclesia suppleat, & det jurisdictionem Confessio absolventi circa jurisdictionem, etiam si talis opinio coram Deo sit falsa, docet Verricelli tr. 2. q. 25. dist. 2. cap. 6. art. 6. Filiuc. Castropal. Diana, & quamplures alii apud ipsos; cuius sententia certitudinem morale fundant in consuetudine, hoc syllogismo: certum est, quod consuetudo det jurisdictionem: certum est adesse consuetudinem absolventi ex opinione vera & practice probabili circa jurisdictionem; ergo certum est, quod ex tali consuetudine Confessarii habeant jurisdictionem absolventi ex opinione vera & practice probabili.

3280 Pro majori sic dicitur Cardenas cit. n. 161. (Nam certum est in iure, quod consuetudo det jurisdictionem. Ex cap. Cum contingat de foro compet. ubi fit statutur: Nisi forte hi, quibus delinquentes ipsi deserviant, ex indulgentia, vel consuetudine specialis jurisdictionem huiusmodi vicalem sibi vendicant. Et Glossa ibi adjecta ver. Vel consuetudine, ait: Nota, quod consuetudo det jurisdictionem; & ex cap. Romana, de sententia exco. in 6. prohibens jurisdictionem quibusdam absolventi a censuris, subiungit Pontifex: Sicut contraria super hoc consuetudine, si quam habent. Ubi Glossa reperit eadem verba supra relata, quod consuetudo det jurisdictionem. Item constat ex c. Romana, de foro compet. in 6. Glo. ibid. verb. Consuetudine, & c. Ut litigantes de Officio Ordinarii, & c. Dudum, §. Scilicet, de electione, & c. Cuiusmodi, de excep. in 6. illis verbis: De re per Ecclesiasticum iudicem iudicata, in casu, quod ad eum pertinet cognoscere, de consuetudine, vel de iure, &c. Ubi Glossa reperit eadem verba, que supra. Et cap. Tuo simul, de officio Ordinarii, dicitur: Cui sit in Canonibus definitum, Primates, vel Patriarchas nihil iuris pre ceteris habere, nisi quantum Sacri Canonis concedunt, vel presca illis consuetudo contrahit ab antiquo. Constat etiam ex Concil. Trid. sess. 22. in decr. de reform. cap. 3.

illis verbis: Si alicui ex predictis dignitatibus in Ecclesia Cathedralibus, vel Collegiatis, de iure, seu CONSUETUDINE, iurisdictionis, administrationis, vel officium non competat, &c. Ex quibus verbis patet, jurisdictionem competere ex consuetudine.

3281 Pro minori, sic ait: Quod autem detur talis consuetudo, negari non potest, quia eam affirmant communitate Doctores, quorum communis opinio in questione facili facit certitudinem morale, ut probavi in r. p. etis. theol. disp. 12. cap. 5. num. 73. (ultra ex quoque, quia omnes videmus, iam practica: apud Sapientes) P. Suarez tom. 4. in 3. par. disp. 27. sect. 4. num. 7. ait: Confirmatur ex universalis Ecclesie consuetudine, que est sufficientis signum iurisdictionis; ut supra dictum est. Est autem universalis Ecclesie usus, ut Sacerdotes seculares utantur huiusmodi iurisdictione (probabili) in administratione huius Sacramenti. Et quamvis P. Suarez non 8. dixerit, hunc ducendum modum esse probabilem, non tamen dixit, esse solum probabilem consuetudinem Ecclesie, sed illam tradit ut indubitabilem.

Lugo Card. disput. 19. de penis. sect. 2. nu. 31. agens de hac consuetudine absolventi cum jurisdictione probabili, ita aserit: Et hoc est PRAXIS omnium fidelium, & totius Ecclesie.

Et idem reperit n. 33. & 34.

3282 Denique pro consequentia subdit: Audiendum est Bonacina tom. 2. disp. 5. de Sacram. penis. q. 7. punct. 5. §. 4. num. 5. ubi fit ait: Ex quo inferitur, eum qui sequitur opinionem probabilem Doctorem sententium, ipsum habere jurisdictionem absolventi a relevatis, seu privilegium absolventi non esse revocatum, valide agere, que agit, ac si ipse ipsa jurisdictionem haberet, & privilegium nondum esset revocatum, etiam si forte opinio illa probabilis, a parte rei non subsistat, sed falsis realiter nitatur fundamentis, nam Ecclesia supplet jurisdictionem; alioquin sequeretur eadem incommoda, que sequerentur Ecclesia non supplet jurisdictionem, quando adesset error communis, & titulus coloratus. Et hoc eodem modo communitate loquuntur Theologi sere omnes. Quo pacto non loquerentur Authores, si non esset ita in praxi receptum. Quid autem est praxis communis, nisi consuetudo?

3283 Eandem sententiam tenet Leander cum aliis in r. de penis. disp. 11. qn. 12. hac motus ratione, quod non minus potens sit sapientum opinio, quam error populi communis ad dandum jurisdictionem.

3284 Certum tamen omnino est, quod Ecclesia

clesia non suppleat, seu det jurisdictionem Confessio absolventi ex opinione tenetur probabili, ut conitit ex dictis n. 53.

**DE APPROBATIONE.**

3285 **A**pprobatio, quamvis ex vulgari usu loquendi consuadi soleat cum jurisdictione, proprie & revera ab illa distinguitur, nam Approbatio, est iudicium Ordinarii de idoneitate Sacerdotis ad Confessiones excipiendas, seu, cui possit conferri iurisdictione ad Confessiones excipiendas; quod iudicium stare potest abique jurisdictione, ut si Episcopus non obstante iudicio de idoneitate Sacerdotis, eum non deputaret ad audiendas Confessiones. Item Confessarius approbatus ab Episcopo non habet jurisdictionem ad absolvendum a casibus Billæ Cœne, eam tamen habet per Bullam Græciæ: approbatione supposita, ut infra de Bulla: 2. n. 3279.

3286 Quoad approbationem, est Decretum Trid. sess. 22. de refor. c. 15. Decretis Vanis Synodus, nullum etiam Regularum posse confessiones secularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopo per examen, scilicet videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur, approbationem, que gratis datur, obtineat.

3287 Confessarius Regularis pro confessionibus secularium, ultra approbationem Episcopi, requirit approbationem sui Prælati Religionis, nempe Generalis, vel Provincialis, & c. Dudum, de sepult. adeoque qui approbatione Episcopi, sine sui Superioris approbatione utitur, illicitè confessiones excipit, sed valide, quia Trid. preterit nullam aliam approbationem requirit, nisi Episcopi.

3288 Approbatio ad beneplacitum, non expirat per mortem concedentis, aut ejus amotionem ab officio, quia ejus beneficium, & voluntas, eo ipso, quod non fuerit revocata, moraliter perseverare censetur. Tambur. tom. 2. pag. 31. n. 8. Diana p. 6. tr. 6. ref. 48.

3289 Confessarius, sive secularis, sive Regularis, iniuste reprobatus, non potest valide Confessiones excipere; quia Trid. ad valorem Sacramenti approbationem Episcopi requirit, quam iniuste reprobatus non habet.

Eadem ratione approbatus cum limitatione ad tempus, sexum, aut locum, non potest valide terminis limitationis excedere, unde licet status Religiosus suppleat defectum status ab Episcopo pro mulieribus requirit solita, approbatus tamen solum pro viris, non potest valide mulierum confessiones audire; præsertim post Bullam Clem. X. ubi

v. §. 3. & §. 4. n. 3129. & 3193. v. pag. 2. prop. 13. & pag. 3. prop. 36. ab Alex. VII. damn.

Quamvis enim de huiusmodi limitationibus ad favorem Confessariorum Regularium plura scripserint Villalobos tom. 1. r. 9. disp. 53. nu. 2. Leander de penit. tr. 5. disp. 11. n. 83. ad 7. 1. & quamplures apud eos fundati in pluribus locis Canonice, præsertim illo Clem. Dudum, de sepult. ubi fratribus Prædicatoribus, & Minoribus a suo Superiore Episcopo præsentatis, & ab illo iniuste non approbatis, eo ipso Pontifex approbationem concedit, his verbis: Si vero isdem Prælati fratribus ad audiendas confessiones, ut præmittitur, electis ejusmodi licentiam exhibere voluerint: Nos ex nunc ipsis, ut confessiones sibi confiteri voluerint libere, liciteque audire valeant, gratioso concedimus de plenitudine potestatis Apostolicæ, apud Ardekin tom. 2. pag. 152.

2. modo modo tam extat Bulla Clem. X. que Episcopis, & Regularibus, in materia Prædicationis, & Confessionis, omnino esse debet antica regula priorum servanda. Ubi præsertim attende verba Bullæ: de §. 3. & 5. Bulla est, ut sequitur.

**GLEMENS EPISCOPUS.**

§. 1. **S**uperius, &c. Nos attendentes, quod alias diversis temporibus prædictæ dubitationes & controversiæ nonnullis Prædecessorum Nostrorum Summorum Pontificum Constitutionibus, earumque Declarationibus definitæ fuerint: Ejusmodi definitiones in unum collectas, ut magis magisque diffusionem tollantur femina, & in posterum firmior. A Agro Dominico Pax Christi floreat, pro summo, quo fangmur, Apollonia officio, novis Apollonibus iterum mantendas duximus, & roborandas. Itaque consilio nonnullorum Venerabilium Patrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum Nostrorum Romanæ Curie Prælatorum, pietate, doctrina, & prudentia præstantium, & matura deliberatione nostra atque ex certa scientia, hæc generalis & perpetuo valitura Constitutio decernimus, ac declaramus.

3291 §. 2. Regularis, qui in Ecclesiis suis Ordinis prædicare voluerint, teneantur ab Episcopo Diocæsano benedictionem petere: Prædicare tamen possunt, quamvis illam non obtulerint: Quod si Episcopus benedictionem nedam non concesserit, sed etiam contradixerit, nec in prædictis unquam Ecclesiis licite Regularibus prædicare: Eosque contravenientes, ab illo tanquam Sedis Apollonicæ Delegato, censuris, aliisque penis Eccle-

clericali in vim Constitutionis fel. rec. Gregor. XV. Prædecessoris nostri, incipientis; Inscrutabili Dei providentia, coerceri, & puniri posse. Episcopum tamen abique iusta & rationabili causa contradicere non debere. Et huiusmodi benedictionem teneri etiam Regulares petere, si in quibuscunque Oratoris sui Ordinis sermonem coram populo, vel in Ecclesiis, aut ad crates Monasteriorum Sacramentalium, eorum jurisdictioni subiectarum, licet clausis januis, & nullis foris ibi interitis, habere voluerint. Possent autem Episcopum licentiam conceditur Regularibus in Ecclesiis, qua suorum Ordinum non sunt, predicare volentibus, illos, quamvis ab Universitatibus, aut à Magistratibus laicis nominatis, etiam si Episcopi Antecessores per tempus immemorabile hanc licentiam abique examine concedere consueverint, quoad doctrinam examinare: si ita ipsius arbitrio, quod moderatum, & discretum esse debet, visum fuerit: Et licentiam predicandi vel ipsam concessam ob rationabiles causas, licet occultas, prædicationem tamen concernentes, suspendere. Non posse tamen Episcopum generatim prohibere Regularibus, quin in Ecclesiis suorum Ordinum predicent.

3292 §. 3. Ad hæc Religiosos ab Episcopo ad confessiones secularium in sua Diocesi audiendas approbatos, non posse in alia Diocesi, ens abique Episcopi Diocesani approbatione audire, quamvis penitentes subditi sint eius Episcopi, à quo ipsi Religiosi iam fuerant approbati. Et generaliter approbatus ab Episcopo ad personarum secularium confessiones audiendas, nequaquam censeri approbatus ad audiendas confessiones Monialium sibi subiectarum; sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione: Atque approbatus pro audiendis confessionibus Monialium, unius Monasterii, minime posse audire confessiones Monialium alterius Monasterii. Idemque Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium confessiones pro una vice audiendas, haud posse expleta deputatione in vim approbationis huiusmodi illarum confessiones audire; sed toties ab Episcopo esse approbandos, quoties casus deputationis contingerit. Cæterum in Monasteriis, ac etiam Collegiis, ubi juxta Regularia instituta vivunt, posse tam Prælatos Regulares, quam Confessores Regularium eorundem Monasteriorum, seu Collegiorum, audire confessiones illorum secularium, qui inibi sunt, vere de familia, & continui com-

mensales, non autem illorum, qui tantum ipsis deserviunt. Illos autem Religiosos, qui ad confessiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint ab Episcopis, generaliter quoque, & indistincte abique aliqua limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis personarum, in Diocesi propria admittendos.

3293 §. 4. Quoad cæteros vero, qui non adeo idonei reputentur, si petierint se admitti, arbitrio Ordinariorum relinquatur, ipsorum cum limitata facultate, prout eisdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere: semel autem simpliciter approbatus, posse in Diocesi Episcopi approbantis quovis anni tempore, etiam Paschali, & quorumcunque etiam infirmorum confessiones audire, absque ulla Parochorum, vel ipsius Episcopi licentia. De qua tamen confessione teneri dictos Religiosos eorundem infirmorum. Parochum illico, certiorum reddere. Et hoc posse illis ab Episcopo sub poena suspensionis à facultate audiendi confessiones præcipi. Sufficere tamen, ut certioratio huiusmodi fiat saltem per scripturam, apud ipsum infirmum relinquendam.

3294 §. 5. Et eos, qui dictis Religiosis simpliciter approbatis Paschali tempore concessi fuerint, Constitutioni, que incipit, Omnis utriusque sexus, quoad confessiones dumtaxat satisfecisse censendos. Regulares vero ad eisdem confessiones audiendas, prævio examine simpliciter, & absque ulla temporis præscriptione ab ipsomet Episcopo, secus autem si ab eius Vicario, aut ab antecessoribus Episcopis, approbatus, non posse ab eodem, qui sic approbavit, iterum examinari, aut ab eisdem confessionibus audiendis suspendi, seu licentiam illis concessam revocari, nisi nova superveniente causa, que ipsas confessiones concernat. De qua tamen haud necessarium esse, ut in actis constet; nec eam teneri Episcopum ipsi Regularibus significare; sed Sedi Apostolicae dumtaxat, ubi eam sibi aperiri postulaverit. Porro si Regulares cum scandalo, aut alias inhoneste vivant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Episcopi iudicio videantur à confessionibus suspendendi, in quo ipsius Episcopi conscientiam oneratum esse volumus, cum præcipua Ministri Sacramentalium qualitas sit vias integritas, ac morum honestas, utique eam causam ad Confessionis ministerium pertinere, ac proinde nihil ob stare, quominus ob eam possit Episcopus Regulares à semetipsis approbatos suspendere, aut repellere à confessionibus.

all-

audiendus. Attamen confessiones audiendi facultatem omnibus simul unus Conventus Regularium Confessoribus adim ab Episcopo inconstituta Sede Apostolica, nullatenus potest. Ex facultatibus per Mare Magnum, aliave privilegia Regularibus concessione Ordinis, Instituti, aut Societatis, etiam JESU, concessis, factum eis non esse potestatem absolviendi in casibus ab Episcopo sibi reservatis. Et per Confirmationes dictorum privilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obtulerunt, nequaquam revixisse privilegia prius ab eodem Concilio, aut deinde Apostolicis etiam Decretis sublata, atque extincta, si que habebant, absolviendi à casibus Episcopo reservatis.

3295 §. 6. Et habentes facultatem absolviendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, non ideo à casibus Episcopo reservatis posse absolvere. Possent autem Regulares Confessorem in ea Diocesi, in qua est approbatus, consentientes ex alia Diocesi à peccatis in ipsa reservatis, non autem in illa, ubi idem Confessor est approbatus, absolvere, nisi eosdem penitentes noverit in fraudem reservationis ad alienam Diocesim pro absolute obtinenda migrasse. Wigore supradictorum privilegiorum, nequaquam licere Regularibus, etiam satisfacta parte, absolvere penitentes à censuris quoad externum & iudiciale forum; & absolutos ab eis in foro Penitentiali, utique non censeri absolutos in exteriori iudicio, & contentio. Quinimo censuris Ecclesiasticis irretitos, & denunciatos ab Episcopis, cogi posse, gerere se pro talibus, etiam si à Regularibus fuerint absoluti. Quoties exhibitis aliquibus Regularium Apostolicis privilegiis coram Episcopo, ab eo iudicetur ipsa non suffragari casu, de quo agitur; si dictorum privilegiorum verba obscura sint, & ambigua, non esse ad Metropolitanum provocandum; sed cum eius sit interpretari, cuius est condere, dictorum privilegiorum interpretationem Sedi Apostolicæ iudicio, prout alias Constitutione Prædecessoris nostri fel. rec. Clementis IV. statutum fuit, esse exequendam.

3296 §. 7. Decernentes sic, & non alias, &c. irritum quoque, & inane, quidquid fecerit super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter commiserit attentatis. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis in favorem quorumcunque personarum, atque quorumvis Ordinum tam Mendicantium, quam non

Mendicantium, Militiarum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, etiam JESU, ac cujusvis alterius Instituti, etiam necessario, & in individuo exprimentis, Monasteriorum, Conventuum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcunque tam secularium, quam Regularium locorum, necnon illorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indulgentiis, & privilegiis etiam in corpore juris clausis, aut ex causa, & titulo oneroso, vel in lumine fondationis concessis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, Conventuorum deputationibus, eorumque, atque aliis inhibitionibus, quibus Episcopi deferre minime teneantur, & quibusvis ipsi sui quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogationibus, aliisque efficacioribus, & insolitis facultatibus, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis, concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialiter, specificè, expressè, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, vel quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc servanda foret, tenore huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & incertis habentes, illius quoad ea, que eidem presentibus adversantur, illis alias in suo robore permanentibus, serie specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. &c. Datum Romæ apud Sanctum Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Domini mille simo sexcentesimo septuagesimo, undecimo Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno primo. Hæc Bulla.

3297 Vere de familia & continui commensales dicuntur Oblati, & Donati, seu Tertiarii, atque etiam seculares, qui Religiosos deserviunt, & insuper intra eorum Monasterium septa habitant, vivunt, ac dormiunt, atque sub eorum Prælatorum obedientia degunt, non ratione voti, sed ratione servitii; hi namque gaudent privilegiis Rec.

Religiosorum, quibus inferunt, etiam si salario stipendati sint; adeoque Confessarii Regulares possunt eorum Confessiones audire ex sola approbatione Praelati Regularis, sine approbatione Ordinarii loci. Quo privilegio non gaudent illi saeculares, qui tantum interviunt; sed cum saecularibus externis extra Monasteria habitant, & vivunt. Turanus *tit. de Confessorib. n. 12. p. 117.*

3298 Confessarii approbati pro fratribus non censentur approbati pro Novitiis. Melphi *in c. 6. stat. 7. q. 1.* Quod probat ex Decreto Clem. VIII. pro Novitiis, ubi dicitur *Magistro soli Novitiorum confessiones audiendi cura committitur.* Et injungitur, ut eis Confessarii extraordinarii bis aut semel in anno deputentur. Et ex nostris statutis, quae prohibent Novitiis aliis à Magistro confiteri: unde concludit Melphi, eorum confessiones factas alteri à Magistro, esse invalidas. Est contra Bord. *res. 4. n. 11.* qui tenet esse validas, putans Decreta Clem. VIII. pro Novitiis non obligare sub culpa.

Certum est, quod si Novitius frui volens Regularium facultate confitetur cum Confessario ab Ordinario approbato pro saecularibus, valida est confessio. Melphi *cit.*

Confessiones juvenum professorum factae cum Confessariis approbatis pro fratribus, aliis à Magistris, sunt validae, Melphi *cit.* nisi Provincialis in approbatione juvenes professos sub cura Magistorum degentes expresse excluderet.

#### DE CASIBUS RESERVATIS.

3299 **L**icet ignorantia censurae, irregularitatis ex delicto, &c. excuset à censura, irregularitate, &c. ignorantia reservationis non excusat à reservatione, quia reservatio non est poena, sed medicina; est enim limitatio potestatis Confessariorum ad bonum regimen, & ob bonum publicum facta, ut scilicet fideles ab iis peccatis committendis absterreantur, dum vident ea non posse ab ordinariis Confessariis absolvi. Tum quia reservatio est restrictio jurisdictionis, quae tota pendet à voluntate Superioris, adeoque non oportet, ut eam sciat Reus sed Confessarius.

3300 Reservatio non est facienda, sicut neque excommunicatio major est ferenda pro venialibus, aut mortalibus jam confessis, sed pro mortalibus gravioribus; ita Doctores communiter: vide Tamb. *tom. 2. pag. 40. d. cas. res. cap. 2. num. 3.* Leandrum *de parit. tr. 5. disp. 17. q. 6.* Malteus *in resol. mor. disp. 21. q. 6. num. 224.* Ratio communis est. 1. Quia venialia & mortalia confessa sunt ma-

teria libera, adeoque eorum reservatio esset inutilis. 2. Quia reservatio est ab Ecclesia instituta ad coercenda delicta atrociora; constat ex Trid. *sess. 14. c. 7.*

(Magnopere vero ad Christiani populi disciplinam pertinere Sanctissimis Patribus nostris visum est, ut atrociora quaedam, & graviora crimina, non à quibuscumque, sed à summis dimitteret Sacerdotibus absolventer; unde merito Pont. Max. pro suprema potestate sibi in Ecclesia universalis tradita, causas aliquas criminum graviorum suo potuerunt peculiari judicio reservare. Neque dubitandum est, quin hoc idem Episcopus omnibus in sua cujusque Dioecesi, in aedificationem tamen, non in destructionem, liceat pro illis in subditis tradita supra reliquos inferiores Sacerdotes autoritate, praeterquam quoad illa, quibus excommunicationis censura annexa est.) *v. n. 151. 1599.*

3301 Hinc Clemens VIII. pro casibus reservandis pro Religiosis edidit Decretum tenoris sequentis.

(Sanctissimus D. N. jam pridem accurate perpendit; & re ipsa comperit, quod reservatio facultatis absolventi Religiosis poenitentes à peccatis quibusdam gravioribus, nisi Superiores admodum prudenter ac moderate illa utantur, nonnullis infirmiores, qui interdum Superiori suo conscientiae maculas detegere formidant, adducere possent in aeternae damnationis periculum, & spiritualis remedia desperationem.)

Quo circa, ut huic malo sanctitas sua opportune provideret, decrevit, ut nemo ex Regularium Superioribus peccatorum absolventium sibi reservet, exceptis iis, quae sequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot, prout subditorum utilitati expedire in Domino judicaverit.

- 1 Veneficia, incantationes, sortilegia.
- 2 Apostasia à Religione, sive habitus dimisso, sive retento, quando eo pervernerit, ut extra septa Monasterii, seu Conventus fiat egressio.
- 3 Nocturna, & furtiva à Monasterio, seu Conventu egressio, etiam non animo apostatandi facta.
- 4 Proprietas contra votum pauperatis, quae sit peccatum mortale.
- 5 Juramentum falsum in judicio Regulari, seu legitimo.
- 6 Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animarum factum, etiam effectum non securo.
- 7 Falsificatio manus, aut sigilli Officialium Monasterii, aut Conventus.

8 Fur

8 Furtum de rebus Monasterii, seu Conventus, in ea quantitate, quae sit peccatum mortale.

9 Lapsus carnis opere consummatus.

10 Occisio, aut vulneratio, seu gravis percussio cujuscumque personae.

11 Multitudo impedimentum, aut retardatio, aut aperiatio literarum à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores.

Si quod aliud peccatum grave pro Religiosis reservandum videtur, id non aliter fiat, quam Generalis Capituli in toto Ordine, aut Provincialis in Provincia, matura discussione, & consensu. Superiores in singulis domibus deputent duos, tres, aut plures Confessarios, pro subditorum numero majori, vel minori, &c. qui à non reservatis eos absolvant, & quibus etiam reservatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, &c. Datum Romae apud S. Petrum 26. Maii 1592.

3302 Praefatum Decretum confirmavit Urb. VIII. per Decr. S. Congr. Conc. die 21. Sept. 1624. addens quod sequitur:

(Sanctitas sua demerps declaravit, ut si hujusmodi Regularium Confessariis, casus aliquos reservati facultatem petentibus, Superior dare noluerit, possint nihilominus Confessarii illa vice poenitentes Regulares, etiam non obtenta à Superiore facultate, absolvere.) *v. tom. 3. n. 282. pag. 642.*

3303 Facultas reservandi casus in Religiosis, competit Superioribus auctoritatem quasi Episcopalem habentibus, nempe Generalibus, Provincialibus, & Abbatibus; unde in mea Religione adest statutum Capituli Generalis. Assidui de anno 1526. (Ordinator, & mandatur auctoritate Apostolica, & totius Capituli Generalis, quod nullus Guardianus possit sibi reservare casum aliquem, sed solum Minister Provincialis id poterit.) Turanus *tit. De Praelatis pag. 191. num. 9. & Rod. tom. 1. q. 21. n. 2. n. 343.*

Reservatio est imprudenter, & immoderate factam, invalidam esse ait Vasquez, quia ex Trid. Praelati reservare possunt solum in salutem, non in destructionem. Verius tamen dico esse graviter illicitam, juxta dicta in *1. tom. n. 5. q. 6.* adeoque moderandam, sed validam; quia nec Trid. nec Clem. VIII. utitur particula irritativa. Tamb. *cit. pag. 48.*

3304 Prudentiam autem in excommunicatione infligenda, ultra Trid. *sess. 25. de reform. cap. 3.* relatum in *2. tom. num. 5.* latis insinuat Scatus in *4. distinct. 19. qu. 1. litt. I.* *Examen Ecclesiast.*

his verbis: *Et sic excluduntur quaedam peccata, quae proveniunt ex pronitate quorundam factorum ad excommunicationem: frequens siquidem est hujusmodi percussio, qui tamen rari ab Apostolis invenitur extractus. In omnibus enim episcopis Parisi, non invenitur, quod excommunicaverit, nisi tribus vicibus: Primo, prima ad Corin. 5. &c. idem in prima ad Tim. &c. Idem ad Gal. 1. &c.*

3305 Peccata, ut sint reservata, debent esse consummata; unde non sufficit, si sint attentata; nisi in reservatione exprimator.

3306 Pueri ante annum 14. pubertatis, licet eximantur à censuris (de quo infra) non eximuntur à reservatione; quia reservatio est restrictio jurisdictionis facta Confessario, quae quidem est valde utilis pueris, ut à gravius peccatis deterreantur. Tamb. *tom. 2. pag. 40. n. 5.*

3307 Vagi, & peregrini, si discedant à loco, ubi peccatum non est reservatum, & accedant ad alium locum, ubi est reservatum, non possunt ab eo absolvi; quia vagi, & peregrini, qui scilicet nullibi degunt cum animo majori anni parte permanendi, quae formentur forum: eadem ratione, si bona fide discedant à loco, ubi peccatum est reservatum, & accedant ad locum, ubi non est reservatum, possunt ibi à Confessario communi ab absolvi, nisi eo accesserint in fraudem reservationis, ut in Bulla Clem. X. §. 6. n. 3297.

3308 Eadem ratione, si quis peccatum commisit heri, quando erat reservatum, committatur hodie, quando non est reservatum, quatenus Superior hodie reservationem abilitat, potest ab eo absolvi à Confessario communi; & contra, si peccatum commissum heri, quando non erat reservatum, committatur hodie, quando factum est reservatum, non potest ab eo à Confessario communi absolvi; quia in primo casu hodie non est Confessarii communis restrictio jurisdictionis, bene vero in secundo casu. Tamb. *tom. 2. pag. 40. n. 9.* Diana *p. 10. tr. 15. res. 20.* contra Pasqualigum, qui etiam affirmat in 2. casu ex eo quia *lex de novo aliquod disponens, non trahitur ad praeterita, sed solum ad futura.*

3309 Qui confitetur habenti potestatem super reservatis, si inculpabiliter oblitus sit reservatum, potest postea, quando memoriae occurrunt, ab eis à quolibet Confessario communi directe absolvi, quia jam est ablata reservatio, ob intentionem virtuale, aut interpretativam poenitentis; nam poenitens, dum petit absolvi, virtualiter petit, in quantum indiget, & ipse Confessa-

Z

RIUS

rius intendit absolvere in quantum potest, & penitens indiget, ut pater per illa verba: *In quantum possim, & tu indiges*; tunc igitur tollitur omnis reservatio, & censura, Matrisius *disp. 21. q. 9. n. 235*. Poncius, Diana, & communior.

3310 Idem dic de eo, qui tempore Jubilæi est confessus, inculpabiliter alicujus reservati oblitus, etiam si postea intra tempus Jubilæi omnia opera præscripta non impleverit, & inde Indulgentiam non sit lucratus, modo dum confessus est, verum animum Jubilæum lucrandi habuerit: potest, inquam, post Jubilæi tempus, quando recordatur, directe super eo à communi Confessario absolvi, ut infra de Jubilæo.

3311 Confessarium, si post debitum examen dubitet, an penitens lapsus sit in mortale reservatum, dubio juris, aut facti, si vero dubium sit positivum, sive negativum, iudicare debet in favorem penitentis, quod non sit reservatum, & absolvere, tenent Matrisius *disp. 21. q. 9. num. 234*. Tamb. *rom. 1. de confes. pag. 21. ver. Casus*, Leander *de penit. r. 5. disp. 12. q. 11. Arftekim. rom. 2. pag. 208. n. 11*. Rationem habes in *n. 52. & 56. vid. n. 19. & 23*. Freita vult, debere absolventem suspendere, usquequo consulat peritorem.

3312 Quod si postea penitens certo cognoscit commississe peccatum reservatum, Matrisius, & Leander *qu. 12. cit.* cum aliis tenent, quod non sit obligatus recurrere ad habentem facultatem; idque ex præsumpta voluntate Superioris, quod non velit reservationem in dubio, nisi exprimat. At absolute dico cum aliis, quod sit obligatus, ut dictum est de peccato dubio, postea cognitio ut certo, in *num. 3045*. Tum quia ignorans casum esse reservatum, licet bona fide absolvetur, cognitio errore, tenetur accedere: Imo ipse Confessarius, si veniat in notitiam certam, tenetur penitentem, licentia petita, monere de errore commisso; quia revera erravit absolvendo: *v. n. 2223. & de scient. confess. & in prop. 17. & 20. pag. 8.* ab Alexand. VIII. damn. Plura vide à *n. 2121*.

3313 Reservatio cum sit odiosa, est benigne interpretanda; unde restringi debet ad peccata certo reservata, non ad dubia, si vero dubium sit juris, sive facti.

Nec obstat Decr. Clem. VIII. de anno 1601. quod in reservatione comprehendit casus Cœnæ dubios; nam fuit moderatum per aliud Decr. ejusdem de anno 1602. ubi omisit particulas: *Clare, vel dubio contentis*. Verricelli *tr. 8. q. 16. & Com.*

### DE POTESTATE EPISCOPORUM IN RESERVATA

3314 **A**dest Decretum Trid. *sess. 24. de ref. c. 6. ut sequitur:*

(Licet Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare, & in quibuscunque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, delinquentes quoscunque sibi subditos, in Diocesi sua per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientie gratis absolvere, imposita penitentia futurari. Idem & in hæresis crimine in eodem foro conscientie eis tantum, non eorum Vicariis, sit permissum.)

3315 Huius igitur Decreti virtute possunt Episcopi ab hæresi occultam absolvere; quod facere possunt extra Sacramentum Penitentiae, imo & in absentia, quia est absolutio à censura, ut in *n. 2352*. nam particula illa, *in foro conscientie*, solum importat, ut talis absolutio non proficit in foro externo, si contingat hæresim in iudicium deduci, Diana *p. 1. r. 5. ref. 2*. Ita ut, sit casus fiat publicus, sit absolutus, ad vitandum scandalum, & ad non inferendum præiudicium foro exteriori, debeat in publico se gerere tanquam excommunicatus; possit tamen in occulto, secreto, & sine scandalo, se gerere ut non excommunicatus, Missam audire, Sacramenta recipere, cum aliis loqui, manifestando se esse absolutum: *v. n. 2406*.

Data absolutione censura, potest quis à casu, etiam hæresis, à quolibet simpliciter Confessario absolvi; quia ablata censura reservata, cadit reservatio casus: *vid. rom. 2. pag. 556. à n. 289. ad 202*.

3316 Insuper hæresis absolutionem potest in casu particulari occurrente, suo Vicario Generali committere, Diana *p. 2. r. 6. ref. 02*. Jo. de Castiljo *tr. 10. de censuris dub. 4. sect. 4. pag. 186*. nam per illa verba, *in quibuscunque casibus per se, aut Vicarium, & per alia & in hæresi crimine eis tantum, non eorum Vicariis sit permissum*, sensus est, quod in aliis casibus, præter hæresim, possit Episcopus specialiter deputare suum Vicarium quoad omnes casus contingentes, ea ratione, quod qui potestatem ordinariam habet (uti est Episcopus) potest tam alteri generaliter delegare; in casu vero hæresis non possit facultatem absolvendi delegare suo Vicario ad omnes casus hæresis contingentes. At non inde sequitur, quod non possit tam illi delegare in casu

part-

particulari hære & nunc occurrente; sicut enim in casu particulari hæresis hæc & nunc occurrente potest Episcopus alteri à Vicario committere, ut absolvat, cur non potest suo Vicario? Tunc igitur Vicarius Generalis absolvet, non ut Vicarius Generalis, seu ut specialiter deputatus generaliter ad omnes casus hæresis contingentes; sed ut particularis, seu ut specialiter deputatus specialiter ad casum particularem hæc & nunc occurrentem.

3317 In Decreto est sermo de occultis: occultum est, quod non est notorie divulgatum, & potest aliqua tergiversatione celari: Ex Sanchez.

Occultum non est, quod est notum majori parti Viciniae, Parochiæ, aut Monasterii, dummodo ibi sint saltem decem persone. Fagundes ait, non esse publicum in magna Civitate, si sit notum septem, vel octo personis. Et Donatus *rom. 1. p. 2. pag. 67*. si sit notum octo, vel decem personis.

3318 Crimen commissum in domo, aut familia, non est per se publicum; quia domus privata non est universitas, seu communitas, Donatus *cit.* nisi ex circumstantiis prudenter iudicetur fore facilius evulgandum, puta si ibi reperti sint exteri plures loquaces, &c.

3319 Occultum in una Provincia, posse ibi tanquam occultum absolvi, quamvis in alia sit publicum, docet Avila *p. 3. c. 7. disp. 11. concl. 3.* cum Salmaticensibus, contra Suarezium; quia tale crimen revera in eo loco est occultum: Quam sententiam sequitur Jo. de Castiljo *tr. 10. de censuris dub. 4. sect. 2.* & Leander *de censuris tr. 2. disp. 17. q. 57*. maxime, si delictum sit publicum in loco tam distant, ut non sit spes, ut facilius ad locum illum, ubi est occultum, deferatur.

3320 Dicitur delictum ad forum contentiosum, quando est deductum in iudicium & reus est citatus. Quod si postea non probetur, manet occultum ex defectu probationis in iudicio, & potest ab Episcopo absolvi.

Si iudicium sit finitum, & reus punitus, posse ab Episcopo absolvi, docent Bardi in *señtis lib. 7. q. 14. uum. 7.* & Leander *de censuris tr. 2. disp. 17. qu. 56*. quia Trident. dum talem facult. excludit, loquitur, dum delictum est deductum ad forum contentiosum, & est inferi fori: minime peracto iudicio; quia peracto iudicio, iam salvatur finis Tridentini, quod est, ne quis declinet à foro, sed fatisciat iudici. At probabilius mihi est non posse, Bonac. *de censur. disp. r. 93. punct. 1. & disp. 7. qu. 5. punct. 1.* quia tunc delictum est factum publicum publicitate juris.

3321 Capitulum Sede vacante potest id quod

potest Episcopus, quia ei succedit in tota iurisdictione ordinaria; unde potest virtute ejusdem Decreti Trid. alteri committere absolutionem hæresis; debet autem hæresis deferri Capitulo sine expressione personæ absolvendæ ne aliter fiat publica; & absolvi non possit, Diana & Tamb.

3322 Hæc factis dicta sint virtute Decreti Trident.

### DIFFICULTAS CELEBRIS EST,

3323 **A**n bodie, stante Bulla Cœnæ, possint Episcopi absolvere in foro conscientie à casibus occultis in Bulla Cœnæ contentis, maxime ab hæresi?

3324 Pro aliis casibus reservatis extra Bullam Cœnæ vigere facultatem Trid. & pariter doctrinas à *n. 3315*. hæcenus traditas militare, non est dubium.

3325 Pro casibus igitur in Bulla Cœnæ contentis, duæ sunt sententiae.

Prima affirmat, Leander *de censuris tr. 2. disp. 17. q. 45. & 46.* Tamb. *rom. 1. lib. 2. c. 1. pag. 49. §. 8. n. 12.* Joan. de Castiljo *de censuris tr. 20. dub. 5. n. 65. pag. 191.* Donatus *rom. 1. p. 1. tr. 13. q. 16. n. 17.* Melphi in *Com. c. 2. stat. 14. pag. 111.* Port. Fagundes, & innumeri alii apud ipsos. Et post propos. damo. Arftekim & Fenech.

Ratio est; quia potestas, quam habent Episcopi absolvendi à casibus occultis, etiam hæresis, reservatis in Bulla Cœnæ, est certa, revocatio dubia: igitur non sunt ea expoliandi; nemo enim est spoliandus iure certo per supervenientes dubium: Et in dubiis melior est conditio possidentis.

Major liquet; quia talis potestas est competit ex iure communi antiquo, & Tridentini.

Minor suadet; nam vitanda est correctio juris, quando commode fieri potest conciliatio, maxime loquendo de Trid. cuius decreta sunt tantæ estimatationis apud Pontifices, ut quotidie eorum observantiam præcipiant, & viridem esse velint; Bulla autem Cœnæ, cum non exprimat casus occultos, de quibus expresse loquitur, concessio Tridentini facta Episcopis potest explicari de publicis, pro quibus ipsum Trid. prohibet.

3326 Item per clausulam generalem non intelligitur revocatum alicujus Concilii Generalis Decretum, nisi de eo fiat specialis & expressa mentio; *ex cap. Ex parte, de Castell. Monach. & ibi Glossa ver. Nulla mentio, cap. Nonnulli de rescript. & ibi Glossa ver. Feceerint mentionem, quod maxime procedit de Trident.*

dent. ob ejus speciale gravitatem.

Denique per Bullam Cœne revocantur privilegia (ut liquet ex verbis) non jus commone, maxime Tridentini; & ita docuerunt Bannes, Henriquez, Pena, Medina, Gallus, & alii; qui fuerunt in Concilio, quos refert Jo. la Cruz, de Sac. Pœnit. q. 5. dub. 4. n. 1.

3327 Præmissa vero ratio æque probat de casu hæresi occulta; quia Bulla Cœne non facit speciale reservationem pro hæresi.

His accedit praxis, & consuetudo, qua virtute Bullæ, casus Cœne occultis (excepta tamen hæresi) absolvuntur toties quoties, in quantum casus occultis dicuntur evadere Episcopales: consuetudo autem dat jurisdictionem: *vid. à n. 3274.*

3328 Non obstant Declarationes Pontificum, & S. Congr. quæ in contrarium referuntur pro hæresi occulta; quia illæ expresse loquuntur de virtute Bullæ Cruciatæ; aliæ non sonant authentice, ut consistere debent, ex n. 319. Non debet autem cadere Decretum Tridentini per voces.

3329 Imo in contrarium Leander *cir. adducit auctoritatem Card. Garssii*, à quo nomine S. Congr. sibi Comitulus esse responsum affirmat, nisi videlicet per Bullam Cœne derogatum esse, aut hoc tempore derogari antiquis Episcoporum privilegia. Quod idem fecisse S. Pium V. refert Vivaldus cum aliis. Ita Leander.

3330 Nec demum obstat propositio tertia damnata ab Alex. VII. relata, quia ibi damnatur propositio hypothetica, quod

*Sententia afferent: Bullam Cœne solum prohibere absolutionem hæresi, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est, anno 1629. 17. Junii in Concilio S. Congr. Eminentiss. Card. visa, & tolerata est.*

In qua propositio ly, *Visa, & tolerata est*, damnatur; quia hoc est prædicatum, & totum id quod antecedit, est subiectum propositionis damnatæ.

Hæc sunt motiva primæ sententiæ affirmativæ pro Episcopis.

3331 Secunda sententia, quam amplectendam dico, negat de omnibus in Bulla Cœne contentis, & maxime hæresi, Diana p. 1. tr. 5. ref. 2. p. 3. lib. 6. ref. 92. par. 4. tr. 14. ref. 329. & p. 7. tract. 2. ref. 23. Volpi ref. 21. Fagnanus lib. 1. Decr. cap. Quoniam 13. de consuet. Delbene de Inquisit. part. 1. dub. 55. Suarez, Toletus, Villalobos, & alii apud ipsos.

Constat ex ipsa Bulla Cœne, quæ postquam 20. excommunicationes contra 20. ca-

sus fulminat, & immediate dictas censuras reservat his verbis:

3332 Cœterum à prædictis sententiis nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Episcopi mandatis, & satisfaciendo cautione præfata, absolvi possit; etiam prætextu quarumvis facultatum, & indulgentiarum, quibuscumque personis Ecclesiasticis, secularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum Regularibus, etiam Episcopali, vel alia majori dignitate præditis, &c. Necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per Nos, & dictam Sedem, ac eujusvis Concilii Decreta, &c. concessorum, aut concedendorum.

3333 Quod si forte aliqui contra tenorem præsentium talibus excommunicatione & anathemate laqueatis, vel eorum alicui, absolutionis beneficium impendere de facto presumperint, eos excommunicationis sententia impendantur.

3334 Non obstantibus privilegiis, indulgentiis, indulgiis, &c. ex quavis causa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, &c. ac cum quibuscumque clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, concessis.

3335 Et quia nullum Concilium facultatem à dictis reservatis absolventi Episcopis concessit, nisi Tridentinum *cir. id eo quia facultatem Bulla Cœne revocat*: alius superflua essent verba illa: *At eujusvis Concilii Decreta.*

Ac proinde non obstant textus num. 326. relati; quia in revocatione per Bullam Cœne fit mentio Tridentini in specie per verba acqui-pollentia; quoties enim derogatio Pontificia verificari non potest, nisi aliquo Concilio individuali derogato, derogatio, quæ secundum terminos generalis apparet, censetur specifica, & individua, ex l. 2. ff. de liber. & testis. Diana p. 7. tr. 2. ref. 23.

3336 His accedit Declaratio S. Congr. Universi Inquis. Rom. quam refert Protonotarius Apost. in Praxi Episc. par. 2. c. rim. 4. supra Bullam Cœne, & est sub his verbis:

*An Episcopus, & Inquisitor possint hodie ex c. 6. sess. 24. absolvere latro in hæresi, non est sententia Bulla Cœne Domini, Congregatio consuit eam Bullam derogare Decreto c. 6. Delbene de Inquis. p. 1. dub. 5. n. 16. p. 193. eam refert, & sub his verbis:*

*Congregatio consuit huic Decreto Conc. Trid. sess. 24. c. 6. de ref. non tantum in crimine hæresi, sed in omnibus casibus comprehensis in Bulla Cœne Domini Pii V. esse derogatam.*

Et

Et Pœnia in 3. p. direct. qu. 92. Inquis. Com.

241. v. Equidem.

3337 Equidem in Supremo Inquis. Prætorio S. & Gen. Roman. inquisit. *Sepe pronuntiatum est, nec posse, nec debere Episcopum amplius virtute Concilii absolvere occultos hæreticos in foro conscientie; sive quia per Bullam Cœne sit Trident. derogatum; sive quia S. Pius V. & Greg. XIII. ita declaraverunt.*

3337 His de causis ortum habuit damnatio Alex. VII. qui damnavit quidem propositionem hypotheticam, sed ita ut ipsam categoricam, quæ est ejus subiectum, damnaverit: Damnatio namque, quod sententia asserens, Bullam Cœne prohibere absolutionem criminum in ea contentorum, solum quando publica sunt, ac proinde non derogari decreto Concilii, fuerit visa, & tolerata; igitur ejus contradictoria, quod talis sententia fuerit tolerata, est falsa; ergo ante ipsam damnationem dicta sententia non fuit tolerata, sed contradicta ab ipsamet Bulla Cœne; adeoque est falsa.

3338 Conveniunt autem fere auctores utriusque sententiæ, quod possit Episcopus dispensare in irregularitate ex hæresi occulta proveniente; quia in Trid. *cir. sola irregularitas ex homicidio voluntario excipitur*: & in concessione exceptio firmat occasionem aliarum. Nec ex negatione facultatis absolventi ab hæresi interturbata facultas dispensandi in irregularitate; quia per Bullam Cœne absolutio à censura reservatur, minime dispensatio ab irregularitate; imo de hac nulla fit mentio.

Item sunt res diversæ, & à separatis non fit illatio, ex l. Papinian. exal. ff. de misorib. Et accessorium sequitur suum principale in gratiosis, minime in odiosis, & quando non est accessorium naturale, sed ex jure politico humano, Alberginius in man. qualif. pag. 22. cum Bord. Castrop. & Fagun. contra Mastr. qui d'ff. 13. n. 187. cum Bonac. negat, quia cui prohibetur major, prohibetur minor, ex c. Cum illorum, de sent. excom. ubi habetur, Episcopos non posse dispensare in iis casibus, in quibus est prohibita absolutio.

3339 Conveniunt etiam communiter, quod absolvens à casibus Bullæ Cœne sit excommunicatus, sed quod talis excommunicatio non fit reservata, Volpi ref. 20. n. 39. & constat ex ipsa Bulla, ut in nu. 3333. licet tamen non sit reservata, ubi Bulla Cœne est reservata Papæ. Ex Decr. S. Congr. jussu Clem. VIII. p. Januar. 1691. de quo infra.

## QUÆRES I.

3340 Quid agere debeat hæreticus occultus, si ob peccatum insanit, aut gravis scandalus, et urgeat necessitas celebrandi, aut communicandi?

Resp. debere uti remedio expolito à n. 3212. Ad n. 1325. Volpi ubi cit. Diana p. 7. tr. 2. ref. 23. & p. 1. tr. 5. ref. 4.

## QUÆRES II.

3341 An Inquisitores possint in foro conscientie absolvere ab hæresi occulta?

Resp. Inquisitores in Regnis Hispaniæ, & Siciliæ, possunt absolvere ab hæresi non solum in foro judiciali, & externo, sed etiam in foro interno conscientie. Minime alii Inquisitores, Diana p. 1. tr. 5. ref. 4. p. 8. tr. 7. ref. 50. Freitas, Acuña, Villalobos, Carenas, p. 2. tit. 2. §. 7. nu. 61. & quamplures apud ipsos, & post proposit. damn. Pitachius de superstit. p. 1. c. 2. n. 5. pag. 200. Quorum alii hanc facultatem Inquisitoribus Hispaniæ, & Siciliæ, competere dicunt ex speciali privilegio; alii ex usu, & consuetudine, & ex tacita permissione, ac benignitate S. Sedis, & quidem rationabili; quia cum sint distantes ab Urbem, privarentur hæretici occulti ad remedium, retardarentur venire ad fidem, & cogenter accederent Romam; quod est remedium non suave, sed rigorosum.

3342 Dicta firmat Caren. *cir. n. 61. ex Maximo in Praxi S. Officii p. 10. affer. 108. dicens, ita fuisse decretum à Supremo Tribunali Urbis.*

Et quidem plura esse à S. Sede concessa Inquisitoribus Hispaniæ, quæ non sunt aliis concessa, liquido constat, ut ex ro. 2. Adde, Inquisitores in materiis fidei esse Delegatos Sanctæ Sedis.

3343 Hæc facultas absolventi in foro conscientie ab hæresi occulta, competit non solum toti Consistorio, sed cuilibet Inquisitori seorsim; ita ut quilibet possit talem facultatem cuilibet Inquisitoribus in casu occurrente specialiter committere. Nec ad talem facultatem exercendam, ut antecessum requiritur in Inquisitore Ordo Sacerdotalis; quia hæc facultas est concessa Inquisitori, non annexa Ordini, seu in ordine ad Confessionem Sacramentalem; sed annexa Officio, Diana p. 1. tr. 15. ref. 2. Jo. de Dicastillo ex ro. de consuetis, dub. 12. Freitas, Villal. & alii apud ipsam.

## QUÆRES III.

3344 Quid agere debeant impediti?

## IMPEDITUS

3345 **P**ersonaliter adire Pontificem, non tenetur mittere pro absolutione per

per nuncium, aut litteras; ita absolute tenet Donatus *ro. 1. p. 2. pag. 69. n. 11. Tamb. ro. 1. pag. 61. n. 9. Mendo in epist. ver. Reservatio casus, n. 40. Leander de conf. tr. 2. disp. 17. q. 60. quia solum exigunt personam.*

3346 Ceterum pro occultis puto recurrentem esse ad sacram Pœnitentiarum per episcopos, in casibus ad illam spectantibus si commode fieri possit, & necessitas aliqua non impediatur; quia ad hoc esset Sacram Pœnitentiarum (maxime in nostris regionibus) facilis est recursus, & nullum est infamiae periculum: *u. Instructio.*

3347 Certum tamen est, quod non teneatur accipere Bullam Cruciatæ; quia est remedium extraordinarium.

Impeditus igitur adire Papam, impedimento perpetuo, aut longi temporis, potest ab Episcopo directe absolvi pro utroque foro ab omnibus casibus publicis reservatis Papæ à jure, aut ab homine, etiam in Cœna Domini, & hæresis, Donatus cit. Tam. cit. pag. 62. Leander cit. q. 59. Pellizarius de Monialibus, cap. 9. n. 26. & Com. cap. Si quis suadente, cap. Ea noscitur, c. Mulieres, cap. de Monial. tit. 39. de sentent. excommunic. in l. 5. quæ jura, licet loquantur de censura ob periculum Clerici, publicam, & enormem; militant tamen in ceteris censuris, & casibus, quia eadem est ratio legitimæ impedimenti, & benignitatis Apostolicæ, ne animæ periclitentur. Cui accedit praxis.

3348 Impediti ire Romam recententur in lib. 5. tit. de sent. excom. in cap. 58. *Quamvis incidens*, his verbis (nisi imminente mortis articulo, infirmitate, inimicitia, aut inopia, puerili, vel senili ætate, seu alia corporis impotentia, sive quolibet impedimento Canonico retrahatur, quinimmo Romanum Pontificem possit adire, vel nisi juris beneficio à labore hujusmodi exculetur).

Item ibi inc. 13. *Ea noscitur. Mulieres, senes, valetudinarii, seu membrorum destituti* bus impediti, licet ad Apost. Sedem non veniant, ab Episcopo valeant fidelium communioni restitui, satisfacti juxta facultates his, quibus per eos constituit injurias irrogatas.

Impeditum igitur legitima sunt

1. *Artendus mortis*, de quo infra.
2. *Infirmitas longa*, licet non periculosa, aut podagra, &c.
3. *Inimicitia*, qua grævedamnum sibi, aut suis prudenter timet, si discedat.
4. *Puerperas*, quia nemo tenetur accedere mendicando.
5. *Atas puerilis*, seu impuberis, vel senilis.

6. *Fragilitas sexus*. Sic sunt impeditæ mulieres omnes, maxime Moniales.

7. *Debilitas virium*. Sic viri delicati, qui labores itineris sustinere non valent.

8. *Afrius alteri*. Sic qui sui jure non est, ut servus, aut filiusfamilias, quando sine præjudicio domini, aut parentis, Papam adire non possunt.

9. *Cura animarum, aut temporale dominium*, quando rationaliter timetur, ne subditi damnum patiantur. Sic qui proprio labore tenent alere filios, uxorem, familiam. Sic qui habet officium publicum, quod iter impedit, quoque relinquendo sine detrimento non valet.

10. *Quodlibet aliud impedimentum legitimum prudentis iudicii*, quod iter impediatur, ut detentio in carcere, &c.

3349 Si impedimentum est perpetuum, absolventur sine onere comparendi; si temporale, cum onere comparendi, alias reincedunt in aliam similem excommunicationem. *Ex c. Eor qui de sent. excom. c. Statuatur, c. l. 5. c. cap. 11. de cetero, tit. 39. de sent. excom.*

Excipitur impuber, qui factus puer non tenetur Papam adire, sed adhuc post pubertatem potest ab Episcopo absolvi de censuris in impuberatate contractis, *Leander. cit. qu. 59. ex cap. Quamvis, c. p. Pueri, de sent. excom.*

3350 Ceteri, elapso impedimento, tenentur se præsentare Papæ, quamprimum commode possunt, prudentis arbitrio, attentis circumstantiis persone, loci, temporis, provisionis faciendæ, &c. taliter ut non adit notabilis negligentia, aut fraus.

3351 Sufficit, si se præsentent per procuratorem, si Papa sit contentus, & non velit taxative personam; quia jura, dum exigunt personam, benigne concedunt, ut impeditus non teneatur mittere procuratorem, sed ut non impeditus possit per seipsum, aut procuratorem, *Leander cit. qu. 67. Excipitur casus perniciosis Clerici*, pro quo c. *Quod de his, de sent. excom.* excipit taxative personam.

Præsentatio tunc fit, non ad obtinendam absolutionem, cum jam sit directæ, & plene absolutus; sed ad obediendum mandato Papæ, qui ultra satisfactionem partis, hoc aliud, ut patet satisfactionem, exigat; Sanchez apud Leandrum cit. q. 66.

3352 Pœnatas impeditos ire Romam, si sint etiam impediti adire Episcopum, posse à præmissis casibus publicis absolvi in foro conscientie à Parocho, aut alio legitimo Confessario, & in horum defectu à quolibet Sacerdote, affirmant Castropalaus, & plures apud Leand. cit. q. 62. quatenus eadem est ratio; qua-

re fuit concessa Episcopi dicta facultas. Sed rectius negant Leander cit. & Diana p. 9. tract. 7. ref. 10. quia jura in dictis impedimentis solum ad Episcopum concedunt recursum, non ad Parochos, & Confessarios inferiores. Excipitur casus necessitatis, quo instaret confessio, aut communitio, de quo infra à n. 3354. ad 3361.

3353 Impeditos adire Episcopum pro casibus ipsi reservatis, pariter posse absolvi, ab inferiori, affirmant Tamb. *tom. 2. l. 5. c. 12. §. 2. n. 35. Castropal. Amendolia, & alii in foro conscientie, & cum iidem oneribus*, quatenus non obligat strictus Episcopus, quam Summus Pontifex.

At rectius negat Mastrius *disp. 21. m. 232. & de Lugo*, quia jura id concedunt Episcopo in casibus Pontificis propter distantiam, & accessum difficilem; quod non est in ordine ad Episcopos, qui maxime faciliter possunt presententur in locis Diœcesis deputare; & hinc Conc. Trid. tantum mortis articulum excipit.

## IN ARTICULO MORTIS.

3354 **S**eu in probabili periculo, ejus, Confessarius inferior, immo quilibet Sacerdos, potest ab omnibus casibus, & excommunicationibus reservatis, etiam ob hæresim directe absolvere (minime à suspensione, & interdico, de Lugo de pœnit. dist. 20. n. 203; ex Decreto Trid. sess. 14. c. 7. n. 3245. relato) ex Decr. Trid. sess. 14. c. 7.

3355 Hoc tamen est discrimen inter peccatum, & censuram, ut si peccatum non habeat annexam censuram, absolutus à peccato reservato in articulo mortis, si convalescat, non tenetur se præsentare Superiori, quia onus comparendi, quod jura in illo articulo imponunt, solum est pro censuris reservatis; exceptio autem firmat regulam in contrarium; *Mastrius disp. 21. n. 232. & com.*

Si vero sit ei annexa censura, cujusmodi sunt casus reservati Pontifici, tenetur se præsentare, elapso mortis periculo (& sub hoc onere absolvitur ut satisfactionem præstet, etiam ut in foro externo absolvatur; nam absolutio à censura à privato Sacerdote, quamvis fuerit directæ data, ob Trident. citat. solum tamen fuit data, & valet pro foro interno conscientie, ac proinde foro externo Superioris præjudicare non potest, ut dictum est in *num. 3315.*

Quod si elapso periculo Superiori, puta Papæ, aut Episcopo respectivo, non se præsentent commode potest, ipso jure in censuram recidit, *ex c. Eor. qui de sent. excom. in b. l. 5. tit. 11. & ex Decr. S. Cong. n. 3415. relato.*

3356 Quando vero quis absolvitur à reservatis virtute Bullæ Cruciatæ, Jubilæi, aut privilegiorum Regularium, in casibus, pro quibus illa se extendunt, tunc elapso periculo non tenetur pro foro conscientie pro censura se præsentare; idque ratione privilegii, quod supplet comparitionem; privilegii enim stat loco Superioris, & solum acquirit satisfactionem partis, si sit pars legis: *u. n. 3367.*

3357 Periculum mortis est in seipsum primo partitura, aut quæ est experta partium difficultem; unde hæc potest ab inferiori absolvi, statim ac dolorum sentit initia. Item in banitis, qui ubique impune possunt occidi, & in his qui periculum iter, aut periculum navigationem de proximo sunt aggressuri. 1. quibus timetur de proximo amissio perpetui usus rationis, aut loquelæ. Qui servant infelices peste; qui incidunt in morbum, qui ut plurimum solet mortem afferre. Damnat ad tritremes, si de proximo periculum navigationem sint habituri *v. n. 3246. ad 3248.*

## IN URGENTE NECESSITATE.

3358 **U**rgens necessitas est, cum quis nec est impeditus perpetuo, aut longo tempore, nec in articulo, seu probabili periculo mortis, est tamen in talibus circumstantiis, ut instet confessio, aut communitio, & non habeat promptum Superiorem, sed Confessarium inferiorem. Talis est casus in puella, aut juvene simul cum parentibus Eucharistiam sumpturis, qui sine infamia aut periculo notabilis damni, non possunt se retrahere. Et in similibus.

3359 In urgenti igitur necessitate, potest Confessarius inferior à casibus omnis reservatis, etiam hæresis, absolvere, directæ tamen, ita ut posthæc debeat cum reservatis non reservata adjungere, & tunc ob istius directæ absolvitur, indiget ab illis; adeoque tenetur postea se præsentare Superiori, aut habenti auctoritatem pro reservatis, non solum ad obediendum, verum etiam ut in foro conscientie absolvatur, tam à censuris, quam à casibus. Ratio est; quia casus illi fuerunt solum indirectè absolvi; nam Confessarius inferior non habet jurisdictionem super illis, ut à *num. 3121. ad differentiam casus impedimenti, & articuli mortis*, in quibus Episcopus, & respectivo Sacerdos in foro conscientie directè à reservatis absolvunt, quatenus Ecclesiæ tunc dat illis jurisdictionem, ex iuribus adductis.

3360 Licet autem hæc sit communior sententia, quam sequor; Diana p. 11. tr. 8. ref. 49.

probabilem putat sententiam Dica stillo, nimirum in casu necessitatis posse Confessarium inferiorem directe poenitentem à casu reservato absolvere, ita ut cessante necessitate non teneatur Superiorem adire pro peccato, ut ab eo in foro conscientia absolvatur, ut dictum est de articulo mortis: idque non quia Confessarius inferior possit tunc reservata absolvere, sed quia in tali necessitate casus illi reservati non sunt; idque ex rationabiliter credita voluntate Superioris, quod nolit pro tali necessitate casus reservare; & rite, quia ex jure Trid. sess. 14. c. 7. reservatio facta est in adificationem, minime in destructionem animarum; in destructionem autem est, si in casu necessitatis, quo peccatis, v. gr. inflaret communio, ob infamiam, aut notabile damnum, quod alias timeret, ad communionem ob casum reservatum non posse accedere.

3361 At à communi sententia recedere nolo, maxime ob Decr. S. Congr. 7. Decembris 1646. infra adducendum n. 3415.

## CONDITIONES TRES

3362 **R**equiruntur, ut quis absolvatur, non quidem pro peccatis, sed pro censuris reservatis, in casu impedimenti legitimi, & periculi mortis, nempe promissio de comparando, modo dicto, de stando mandatis Ecclesie, & de satisfacienda parte, si que sit laeta. Cum vero quis absolvitur in urgenti necessitate, requiritur promissio comparandi etiam pro ipsis peccatis reservatis, ob dicta n. 3359. n. 3332.

3363 Quæ opera Confessarius sub mortali tenetur injungere, antequam absolvat, quia est materia gravis per Sacros Canones requirita, ita ut si scienter omittat monere, peccet mortaliter, licet valide absolvat, quia adhuc poenitentis ad illa tenetur.

3364 Pro censuris reservatis extra Bullam Cæne in foro Sacramenti, sufficit seria promissio; juramentum vero solum exigitur pro foro externo. Item dic de fiduissione, Tamb. tom. 2. pag. 65. n. 16 & pag. 402. n. 2.

3365 Pro censuris vero reservatis in Bulla Cæne, & pro delicto danatum causam interdicti, quando in periculo mortis conceditur illis Sacramentum Poenitentia, requiritur juramentum, Diana p. 5. tr. 9. ref. 23. vult non requiri sub mortali. Fideiussio vero solum requiritur pro foro externo.

3366 A poenitentis non est exigendum juramentum ex n. 3349. quia non presumuntur habere usum rationis ad dignitatem juramenti requiritum. Certe morituro, aut habenti impedimentum perpetuum, non est imponendum ju-

ramentum; quia esset frustraneum, & inutile. 3367 Per satisfactionem interligitur restitutio pecuniæ, honoris, vel fame, quæ parti læsæ debetur. Non venit tamen poena pecuniaria, quæ forte debetur fisco, Ecclesie, vel Notario, in qua non sunt pars læsa.

3368 Quia tamen non in omnibus casibus habetur læsio partis, non in omnibus est exigenda satisfactio; hinc in multis casibus, ut in casu hæresis, exigitur sola emendatio, & propterea solum requiritur promissio de comparando coram Superiore; & de stando mandatis Ecclesie.

3369 Quando impotentia ad satisfaciendum non solum est præsens, sed moraliter certo providetur semper futura, non est exigenda promissio de satisfaciendo, quia esset frustranea; bene vero, quando sit spes potentia.

3370 Impotentia satisfaciendis contingere potest. 1. Ob impotentiam ipsius rei, 2. Ob dubium, quod vertitur de qualitate satisfaciendis, quodque resolvi non potest. 3. Ob oblationem partis læsæ, quæ non est contenta satisfaciendo rationabili bilis oblata, aut ob quid simile. Ita Tambur. tom. 2. pag. 65. num. 15.

3371 In percussione Religiosi pars læsa est ipse Religiosus, Tambur. tom. 2. pag. 65. num. 14. Verrucelli trati. 8. quest. 20. Leander, contra alios qui volunt, quod sit Religiosus seu Prelatus. Ratio est: quia ipse est percussus. Tum quia alias pars læsa etiam esset Ecclesia, & Pontifex excommunicans; hinc percussus satisfaciendo tenetur pro utroque foro ipsi Religioso.

## DE POTESTATE REGULARIUM IN RESERVATA.

## QUERES I.

3372 An Prelati Regulares possint absolvere suos subditos à censuris reservatis in Cæna Domini, etiam hæresis?

**C**ertum est, Prelatos Regulares posse suos subditos & Novitios absolvere ab omnibus casibus, sive ab homine, sive à jure, reservatis Papæ extra Bullam Cæne, ut constat ex sequentibus juribus, & privilegiis. Hoc præmissis, pro resolutione quædam, duæ sunt sententia.

3373 Prima sententia negat etiam de occultis, maxime hæresis, Bard. tom. 2. ref. 3. q. 2. Sigismundus, Vecchius, & alii apud ipsum, Dian. d. 1. tr. 5. ref. 6. p. 3. tr. 2. ref. 122. p. 6. tr. 7. ref. 63. p. 8. tr. 7. ref. 50. ubi in par. 3. cit. quod.

quoad alios casus ab hæresis non vult esse iudex, sed quoad hæresim expresse negat. Ratio est: quia Bulla Cæne revocat omnia privilegia, etiam titulo octavo, & per viam remunerationis concessa, ut in n. 2334.

3374 Cui maxime pro hæresi addunt tria Decreta. Primum S. Congr. Episc. & Regul. 17. Nov. 1628. jussu Urb. VIII. Secundum ejusdem S. Congr. 7. Decem. 1646. Tertium est Decretum S. Inquisit. Rom. sub Innoc. X. 23. Maji 1642. confirmatum sub Alexand. VII. 1656. & publicatum Pœnit. per Edictum DD. Inquisitionis 15. Febr. 1657.

3375 Secunda sententia affirmat, Prelatos Regulares absolvere posse suos subditos ab omnibus casibus reservatis in Bulla Cæna Domini, & respective dispensandi, exceptis quinque: Videlicet 1. Schisma, 2. Hæresis cum relapsu, 3. Falsificatio litterarum Apostolicarum, 4. Delatio prohibitorum ad Infideles, & 5. Conspiratio in Romanum Pontificem.)

3376 Item excepta dispensatione super irregularitate orta. 1. Ex homicidio voluntario (supplet) injusto, non casuali, sed ex proposito patratu. 2. Ex Bigamia (supplet) vera, & interpretativa, minime similitudinaria; in hac enim dispensare possunt, quia est irregularitas ex delicto, & in ea etiam possunt Episcopi cum suis subditis dispensare, ex cap. Sane Sacerd. de Cler. conjugatis, & Cap. Qui Clerici, qui noviter; Vide infra de irregularitate, 3. Ex Mutatione pariter voluntaria, & injusta, ex proposito patratu.

3377 Hanc sententiam tenent Suarez de Religione tom. 4. trati. 6. lib. 2. cap. 20. Cortionius de casibus reserv. qu. 1. sect. 1. art. 23. n. 6. Peyr. de privi. Regul. in Constit. Sixti IV. §. 5. à nu. 6. in Addit. ad Constit. Sixti IV. nu. 35. Bannus in Theolog. moral. de censuris part. 2. dis. 3. trati. 2. quest. 26. Toranus à pag. 22. ad 35. Amendolia tom. 2. in addit. de anno 1698. ubi se retrahat à sententia negativa, quam in priori editione tenebat, Hasbenis in summ. gg. Regul. ver. Absolutio quoad Fratres, uterque Rodrig. Port. Villalob. Bannes, Soufa apud Melphi in Comment. cap. 2. statut. 14. Insuper statuta nostri Ordinis cap. 7. §. 1. num. 1. Et unus pro mille Doctissimus Donatus tom. 1. part. 1. trati. 13. qu. 17. & tom. 2. tr. 11. q. 17. & 18. Qui satis doct. & solide [ut solet] rem trahit, ac resolvit: Immo non solum id docet, & resolvit de legitimi, sed etiam de relapsu in hæresim, ex Privi. Gregor. XIII. 18. Martii 1588. quo conceditur Generali Societatis suos subditos absolvere ab hæresi, & relapsu in hæresim.

3378 Ratio efficax est: Nemo est spoliandus jure certo pro superveniens dubium; certum autem est, Prelatos Regulares habere jus absolvendi, & respective dispensandi suos subditos reservatis, que in Bulla Cæna Domini continentur, etiam ab hæresi; revocatio vero est dubia; imo potius constat nullam adesse; adeoque non fuit præfatio jure spoliandi, sed postfuit eos à præmissis casibus absolvere, & respective dispensare.

3379 Dilectus firmius probari non potest, quam ex ipsius juribus, à quibus pendet. Et quidem pro certitudine juris.

Primo, est Privilegium Maris Magni concessum à Sixto IV. Prædicatoribus Bulla 7. in tom. 1. Bullarum, & Minoribus de anno 1474. Bulla 6. in tom. 1. & Julius in Bullario Rodr. pag. 152. in quo privilegio fundatur assertio; quo conceditur Generalibus, Provincialibus, Custodibus custodiis, & Guardianis sub se habentibus, & Prelatis localibus facultas absolvendi, & respective dispensandi suos subditos & alios fratres ad eos declinantes, ab omnibus excessibus, & à quibusvis excommunicationibus, suspensionibus, aut interdictis, aliisque Ecclesiasticis, & secularibus sententiis, censuris, & poenis, quavis ex causa à jure, vel ab homine latus, etiam per sententiam particularem, satisfacta parte, exceptis quatuor: Hæresis cum relapsu, Schisma, Falsificatio litterarum Apostolicarum, & Delatio prohibitorum ad infideles: & n. 3422.

3380 Insuper conceditur isdem facultas dispensandi in omni irregularitate, ex quavis causa orta, etiam si celebrasset in locis Ecclesiastico interdicti suppositis, aut censuris ligati Ordines suscipientes; vel cum eis celebrasset, præterquam homicidii voluntarii, bigamie, & mutationis membrorum.

3381 Item facultas dispensandi irregularitatem ex defectu natalium, ex adulterio, sacrilegio, incestu, & quovis alio illicito coitu cum facultate tam humiliorum irregulares, quam defectuum natalium patientes, promovendi ad Ordines Sacros, eoique eligendi, atque assumendi ad Religionis Officia.

3382 Nomine homicidii voluntarii venire illicitum in quinto præcepto Decalogi prohibuit, docent Rodr. in comp. ref. 51. nu. 24. & Bordon. cum aliis tom. 2. refol. 13. nu. 14. Ude concludunt, posse Prelatos in utroque foro cum suis subditis dispensare tam ad Ordines, quam ad Prelaturas, in irregularitate orta ex defectu lenitatis, seu ex homicidio julto.

3383 Item concedit eis eandem potestatem ab.

abfolvendi, & difpenfandi erga Novitios five poft, five ante ingreffum, pro quibus addit:

(Ita tamen, quod fi aliqui ex hujusmodi fententis eidem propter debitum attritu, fatifaciunt, ut tenentur. Volumus autem, quod poftquam fuerint abfoluti, hujusmodi volentes aggregari collegio fupradicto, nili mox Ordinem intraverint certam fi fuper hoc inducitur ad Prelatos ejufdem Ordinis concedantur, & eo ipfo in priftina fententia, a quibus eos totaliter abfolvi contingerit, relabatur.)

3384 Ut quis Religionem ingrediatur, requiratur, ut debito fatifaciat, fi debitum fuit ab ipfo voluntarie contractum, & fit fpes fatifaciendi; fecus, fi involuntarie, aut non fit fpes fatifaciendi, Mendo in Epit. ven. Regularis n. 35.

3385 In fuper concedit, ut ipfi Prelati poffint a fratribus, quos pro tempore habuerint in Confeflariis, pariter a pramiffis abfolvi, & difpenfari.

3386 Denique prafatam quatuor cafuum exceptionem hinc ponit verbis:

(Et propterea ne, qui funt deftinandi, per fepe revocetur in dubium, &c. Declaramus hereticos relapfos, Schifmaticos, & qui litteras Apoftolicas falfecefferint, aut ad infideles prohibita detuliffent, dimittatur effe ad Sedem Apoftolicam difpenfandos; in reliquis vero omnibus, etiam fimilium pravitate qualiterunque irretitis, poffe per illos, quibus inibi conceditur, abfolutionis, & difpenfationis beneficium, & gratiam juxta cafuum exigentiam impartiri.)

3387 In quo privilegio fatis exprimitur heretis; quia exceptio firmat regulam in contrarium: heretis autem cum relapfus non eft pura heretis formalis; fed tunc habetur, quando quis reincident in eandem heretism, quam prius in Sacro Tribunali de vehementi adjuverat, *Carena p. 2. tit. 2. §. 5.*

3388 Praterea hoc privilegium, cum nullam faciat diftinctionem de cafibus publicis, & occultis, nec de foro interno confcientie, videtur comprehendere etiam publicos, & pro utroque foro, *Rodr. in comp. ref. 3. n. 2. Bord. tom. 2. ref. 13. n. 14. Peyr. in conf. 6. Julii II. n. 21. Crux, & Diana apud ipsum.* Et liquet effe caufa motiva privilegii hinc verbis:

(Ut dicti Ordinis Profefloribus omnis vagandi tollatur occasio, & ad Sedem Apoftolicam recurrendi fubtrahatur pro poffe neceffitas, &c.)

Non autem tolleretur pro poffe neceffitas,

recurrendi Romam, fi tenentur eo recurrere pro foro externo.

3389 Abfolutio vero quoad heretism folum dari potest pro foro interno confcientie, quia pro foro externo Inquifitoribus competit, ob privilegium a Paulo V. & Alexand. VII. illis conceffum, *de quo infra numer. 3420.*

3390 Et quia fuit dubitatum, an dictum privilegium fuerit revocatum per Bullam Cene, Julius II. die 27. Febr. 1510. Reverendiff. Thome de Vio Cajetano Magiftri Generali Ordinis Pradicatorum refpondit per Bullam 16. quam refert Rod. in Bullario pag. 272. ut fequitur.

Julius II. &c. Thome de Vio, &c. Exponi Nobis feciffis, quod licet fel. rec. Sixt. Papa IV. &c. extendendo declaraverit, in quibus cafibus ad Sedem Apoftolicam recurrendum effet pro abfolutione, & difpenfatione cenfurarum, & irregularitatum a perfonis Ordinis Pradicatorum; nihilominus propter claufulas derogatorias poffitas in Bulla, que fingulis annis in Caena Domini publicatur, dubitas facultatem illam Oedii pradicti ademptam, &c. Et proinde fupplicatis humiliter, ut in pramiffis opportune providere de benignitate Apoftolica dignaremur.

Nos igitur, qui Religioforum quieti, quantum cum Deo poffumus, libenter confultimus, volentes occafiones tollere vagandi, attendentesque, quod mita in pradicta declaratione conceffa funt, que in Bulla pradicta continentur, ejufdem S. Sedis auctoritate decernimus, quod illi, quibus in pradicta declaratione conceffa effe potestas abfolvendi, & difpenfandi, licite poffint perpetuis temporibus abfolvere, & difpenfare ab omnibus, & fingulis, ac fi pradicta Bulla in Caena Domini non effet facta, nec ferret, preterquam ad confpiratione in Rom. Pontificem, & ab illis, propter que pradictis predeceffor noster declarando voluit ad eandem S. Sedem etiam recurrendum, &c. Non obftantibus quibuscunque Apoftolicis ordinationibus, revocationibus, &c.)

3391 Ubi conftat, Julium II. pro folis quocunque cafibus, n. 275. relatis, velle, quod fit ad S. Sedem recurrendum.

3392 Insuper Paulus III. 18. Ocfob. 1547. per Bullam 48. in Bullario tom. 1. licet debitum, idem privilegium conceffit Prapofito Generali Societatis, ut per fe, vel per alios poffit fuos fubditos ab omnibus cafibus abfolvere, & fuper irregularitatibus, & penis difpenfare, exceptis cafibus a Sixto IV. exceptis, hinc verbis:

(Et

(Et ne fepe in dubium revocetur, qui funt ad Sedem pradictam deftinandi, declarationem in ea parte fel. rec. Sixti Papa IV. pradeccefforis noftri in Bulla, quam Mare Magnum vocant, confirmamus.

3393 Secundo eff Privilegium S. Pii V. conceffum Caffinenfibus 15. Julii 1571. per Bullam 129. incip. *Dum ad Congregationem Caffinenfem in tom. 2. Bullarii.* Quod Prov. eff ampliffimum; nam etiam cafus publicos pro utroque foro competitur, & nullum excipit, nili homicidium voluntarium injuftum, & mutilationem commiffam poft ingreffum in Religionem.

3394 Quibus privilegiis gaudent per communicationem omnes alii Regulares, tam Mendicantes, quam non Mendicantes, feu Monachales; Regulares enim ex pluebus juribus apud Rodr. in comp. ref. 116. communicant in omnibus privilegiis concessis, aut concedendis tam Mendicantibus, quam non Mendicantibus. Vide infra de Indulgentiis.

3395 Tertio eff Privilegium Greg. XIII. 18. Martii 1684. quo conceffit Patri Generali Societatis Jelu, ut poffit per fe, aut fuos deputatos, fuos fubditos ab omnibus exceffibus, etiam ab heretis, & ejus relapfus abfolvere, quo privilegio per multum tempus ufa e' Societas, licet tandem hanc facultatem a fe abduxerit P. Generalis, *Tamb. tom. 2. lib. 5. cap. 11. §. 1. n. 22.* abdicatio autem, aut non ufus Privilegiorum nofti Ordini concefforum, non prejudicat aliis Ordinibus communicantibus, *Turrianus de Privit. ex Panorm. in c. Cum accessiffet. v. n. 344.*

3396 Ecce jux certum Prælatorum Regularium in fuos fubditos.

3397 Quod autem ejus revocatio nedum fit dubia, fed potius conftet nullam adesse, firmetur fuaute ex folutione oppofitorum.

Et quidem Bulla Cene non revocat recentia privilegia. Primo; quia ex num. 3325. vitanda eff correctio juris, quando commode fieri potest conciliatio. Bulla autem Cene non exprimit Prælatos Regulares erga fubditos, & de rite potest intelligi de abfolutione, & de privilegiis, quoad faculares. Quod maxime fuadet; quia Summi Pontifices, etiam moderati, ut patet in Bulla Cene Clem. X. in tom. 6. Bullarii Conf. 34. in §. 27. precipiunt Ordinaris locorum, ut eam in Ecclefiis fuis, dum in die major populi multitudine ad divina convenerit, folementer publicent, & ad Chrifti fidelium mentes reducant, nuncient, & declarent.

Insuper in §. 28. precipiunt, ut locorum Ordinarii, Ecclefiarum Rectores, ac Pre-

byteri faculares, & quorumvis Ordinum Regulares, ad audiendas peccatorum Confefliones quas auctoritate deputati, tranfumptum prafentium litterarum penes fe habeant, eaque diligenter legere, & percipere fudeant. In quibus verbis non exprimitur Prælati Regulares in ordine ad fubditos, fed potius Confeflarii in ordine ad faculares.

Ac proinde hæc propofitio, quod Prælati Regulares poffint abfolvere faculares ab heretis occulta, fuit damnata ab Alex. VII. ut in prop. 4. pag. 2.

Inde opinio, quam tenebat Croufer apud Dianam p. 6. er. 6. ref. 54. quod Regulares poffint faculares abfolvere ab heretis occulta, omnino cadit, ut maxime patebit infra a n. 3459.

3398 Secundo; quia motivum, quo Summi Pontifices ea privilegia concellerunt, fuit ad tollendas occafiones vacandi, ut eorum quiete, & inde difciplina Regularis fervetur, ut conftat ex ipsis verbis n. 3388. Quod motivum femper viget, & a Summis Pontificibus intenditur; eoque defumptum ex jure communi Canonico, c. Cum fingula de Præb. in 6. c. Ut periculosa, n. Clerici. vel Monachi in 6. c. Cum illorum, de fent. Excomm. §. fi Clauftrales.

3399 Tertio; quia omne tollit dubium Conft. Julii II. de mem. 3390. qui declaravit, quod non obftante publicatione Bullæ Cene, que fingulis annis fit, poffint Prælati Regulares, quibus per privilegia conceffum eff, fuos fubditos in perpetuum abfolvere ab omnibus cafibus in ea contentis, exceptis quinque, ac fi pradicta Bulla non effet facta, nec ferret.

3400 Non obftant Bullæ derogative plurium privilegiorum Regularium Tales funt Bull. 9. Greg. XIII. in tanta 1. Martii 1573. Bulla 115. Clem. VIII. Quæconque 7. Decembris 1640. Bulla 106. Urb. VIII. In fpecula Militantii 19. Junii 1630. & Bulla 7. Clem. X. Superna 21. Junii 1670.

3401 Pro Bulla Greg. XIII. in tanta. Supponendum eff, quod S. Pius V. per aliam Bullam a pramiffis diftinctam, que eff 41. & incipit *Esti Mendicantium Ordines*, 6. Maji 1567. refert viginti fex gravamina ab Epifcopis folita inferri Regularibus, & inde plura privilegia ibi Regularibus conceffa difpofitionem Trid. ut eff illud, quod Regulares in propriis Ecclefiis fuorum Ordinum, contra dictum Epifcopo, predicare poffint; quod eff contra Trid. fess. 24. c. 4. Item, quod Lecto-

168

res Theologicæ à suis Superioribus ad munus Confessariorum secularium admitti, ab Episcopis non examinentur: quod est contra Trid. *sess. 23. de reform. c. 17.* Et similia.

Ex quo factum est, (ut ipse Greg. XIII. in præfata Bulla narrat) quod plures ortæ sint alterationes & lites inter prædictos locorum Ordinarios, & fratrum ipsorum Ordines, hæc de causa revocat prædictam Bullam privilegii S. Pii V. & alias ejusdem, quantum ad ea, in quibus præjudicium afferitur Episcopis contra Trid. dispositionem. Potestas autem Prælatorum Regularium in suos subditos quoad absolutionem, nullum præjudicium afferit Episcopis, nec est contra Tridentinam dispositionem; unde in vigore remanere videntur duo privilegia S. Pii V. pro Cassinensibus de n. 3393. & pro Prædicatoribus in Bulla 132. *incip. Expositio Nobis* 21. Julii 1571. in Bullario. Hinc igitur novissime utuntur Peyr. Tamb. Donatus, & Amendolla, n. 3377. *cit.*

3402 At si meum iudicium velis de eo, quod in veritate sentio: dico intentum Gregorii XIII. non solum fuisse tollere diffensionem inter Episcopos, & Regulares, verum etiam tot privilegiorum de veritate. S. enim Pius V. concecit privilegia à suis prædecessoribus distincta, unde alia privilegia, quæ ipse Pius concessit, Gregorius XIII. non revocavit, sed reduxit ad unam legem, & normam, quam illius prædecessores statuerunt. Constat ex verbis ipsius Bullæ Greg. XIII. §. 6.

3403 [Nos hæc tanta varietate cognita, &c. prædictibus, & futuris discriminiibus occurrere volentes, &c. statutos, & ordinatos, & Constitutionibus, & quæ ab eodem prædecessore [supra] de S. Pio V. eisdem de rebus, pro quovismode Regularium etiam Mendicantium Ordinum, & Congregationum, quomodolibet emanarunt, ac omnibus, & quibuscumque in eis contentis, eam deinceps dispositionem, atque decisionem pro subiecta materia futuram esse, quæ sive ex jure veteri, sive ex sacri dicti Concilii decretis, sive alias legitime ante dictarum litterarum, & constitutionum editionem erat, & si ipsæ non emanant, futura fuisset, ad quam dispositionem, & decisionem, suumque primum, & integrum statum, ac terminum illa omnia reducimus.]

3404 Ex quo firmiter concluditur, intactam omnem confirmatam remanere dispositionem Sixti IV. cum Declaratione Julii II. & Confirmatione Pauli III. ante S. Pium V. edita, in qua quinque casus num. 3375. excipiuntur, & alii tres quoad irregu-

ritatis dispensationem, ut in numer. 3376. 3405 Bulla Clem. VIII. *Quæcumque*, non facit ad rem, sed solum dat formam, qua Ordines Regulares debeant erigere Confraternitates seculares; & quomodolibet communicantur Indulgentiæ, ac indulg. Et deveniendi ad electionem Confessariorum, in §. 9. præscribit, ut Confessarii ipsorum Confratrum secularium debeant esse approbati, tam à suis Superioribus, quam à locorum Ordinariis; Nec eos possint absolvere à casibus Bullæ Cœnæ, & à reservatis Episcopis respective, Peyr. in *Const. 6. S. Pii V. n. 42.*

3406 Bulla Urb. VIII. *In specula militantis Ecclesiæ*, solum declarat, Privilegium Bullæ Cruciatæ, quoad electionem Confessariorum, quo gaudent Laici, & Clerici seculares, ut ab eo absolvantur ab omnibus casibus reservatis, etiam Papæ, etiam in Cœna Domini [hæresis excepta] in foro tantum conscientie, non in foro externo; hoc inquam privilegium non suffragari Regularibus, & Monialibus, sed eos: *Quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, seu Confessionis administrationem, ordinariæ dispositioni suorum Prælatorum, & Sed Apostolicæ: quoad sibi reservata subiecti sint, perpetuo declarantur.* Vide à n. 1442.

Ubi (ut vides) Regularibus, & Monialibus non interdicitur absolute absolutio à reservatis suis Superioribus, & Papæ, sed in virtute privilegii Cruciatæ; nam eo absolventur à reservatis suis Superioribus & Papæ independentes ab illorum voluntate, quod (ut ipsa Bulla exprimit) *cedit in maximum statum, & Regularibus observantia præjudicium.*

Unde ibi nullo pacto læditur, sed potius firmatur, & fovetur ordinaria Regularium Prælatorum potestas, qualis est illa à Summis Pontificibus, maxime à Sixto IV. Julio II. & Paulo III. concessa.

3407 Bulla Clem. X. *Superna*, nullo pacto loquitur de casibus Cœnæ, nec de Superioribus Regularibus in subditos, ut patet à num. 3292.

Idem liquet de Bulla Greg. XV. 5. Febr. 1621. *Inscrutabili*, & de Decretis S. Congr. annexis, ubi plura derogantur privilegia: ut in Bullario.

3408 Constat igitur pro certo Bullas derogativas privilegiorum non inficere assertionem secundæ sententiæ: v. n. 3494.

3409 Adde Pium IV. per Bullam 94. *In Principis Apostolorum*, 17. Febr. 1564. terminatum Concilio Trid. revocasse omnia Regularium Privilegia in his solum, quæ Decretis Concilii Tridentini adferantur. Et ipsam Concilium Trident. *sess. 23. cap. 20.* confirmavit

vit quoad reliqua omnia Regularium privilegia, si quæ habebant, absolventi à casibus Ordinarii loci reservatis. Quæmadmodum nec indulg. absolventi à casibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi consuevit, utpote sublata per annum ipsius Bullæ publicationem, vires, aut robur acquisivisse ex subsequentibus privilegiorum confirmationibus. Ac proinde Regulares cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Institutus, etiam necessario exprimentis, nec intra, nec extra Italiam in vim privilegiorum, aut confirmationum ejusmodi, quas vel hæcenus obtruncaverunt, vel deinceps forte obtinebunt, posse quæcumque absolvere ab eisdem casibus, in Bulla Cœnæ, aut Ordinarii loci reservatis: Ac si fecus egerint, absoluciones nullas, atque irritas fuisse, ac fore. Ab aliis vero casibus, & censuris Sedis Apostolicæ reservatis, si quidem Regulares habent à Sede Apostolica absolventi facultatem, illam extra Italiam minime sublata ipsæ Sacra Congregationis decretis, hæc de re editus iudic. sanct. memor. Clem. VIII.

Quam Sacra Congreg. sententiam Sanctitas sua ad se relata approbavit, mandavitque ab omnibus, ad quos pertinet, invariabiliter observari. Romæ 17. Novembris 1628. F. A. Cardinalis S. Honor. Loco & Sigilli. P. Fagnanus Secretarius.

3415 Quod Decretum non est novum, sed confirmativum aliorum similium jussu Clem. VIII. & Pauli V. quæ referuntur in Decreto responsali ejusdem Sacra. Congr. de die 7. Decembris 1626. ad Cardinalem Filamarinum, quod referunt Donatus *tom. 1. & Peyr. cit. tenoris sequentis.*

(Emin. Sig. Questa Sacra Congregazione ha più volte dichiarato con ordini epreffi di S. Clem. VIII. di Gen. e Novemb. 1602. di Paulo V. di Gen. 1617. di Urbano VIII. di Novemb. 1628. Che tutte le facoltà d'absolvere da casi reservati, o riservandi dagli Ordinarii, o vero compresi, o da comprenderli nella Bolla in Cœna Domini, implicate, vel explicate, & altri reservati solamente alla Santa Sede nel medesimo decreto di Novemb. 1602. concessa à Secolari, o Regulari, &c. sono stare annullate, & estinte, così dal Sac. Concil. di Trento, come dalle sudette Confirmationi, &c. Onde venendo rappresentato alla Santità di nostro Signore da Vostra Eminenza, & c. che in questa Città, e sua Diocesi, & alcuni Confessori Secolari, e Regulari, senza giustificare con quali facilità, & assolvoano di fatto dalle censure, e casi sudetti, &c. Ogniti Eminentissimi miei Signori di commissione el-

3410 Insuper plures Summi Pontifices post Tridentinum confirmavere Regularium privilegia, quatenus Tridentino non adferantur. Et maxime Greg. XIII. apud Bullarium Rodr. pag. 451. per Bullam *Ex benigna* 21. Martii 1575. confirmavit omnia privilegia Fratrum Minorum de Observ. Monialium S. Clare, & Tertii Ordinis de Penitentia. Ita pariter Clemens VIII. *cit. num. 2439.* Et demum Paulus V. per Bullam *Injuncti nobis* 1. Decemb. 1609. apud Lauticum in Theatro *ver. Privileg. in omnibus, in quibus Sacri Concilii Trident. Decretis, ac Constitutionibus, & litteris Apostolicis, ac Decretis Clementis VIII. non adferantur.*

3411 Præmissa autem privilegia, à Sixto IV. Julio II. & Paulo III. concessa, recentissimis Decretis, & Constitutionibus non adferari, constat ab pervolventi. Imo esse conformia Sacris Canonibus *supra n. 3398.* relatis, nec Regularibus vagentur.

3412 Catalogum privilegiorum Regularibus à Concilio Trid. revocatorum afferit Portellius *ver. Trid. Conc. & Hieron. Rodr. resol. 216. n. 25.* Et ibi reperit privilegia prædicta non esse revocata: imo Concilium ad immutabile pro Prælati Regularibus quoad proprios subditos quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, *Leander cum multis de Sac. Pœnit. tr. 5. disp. 11. qu. 45.*

3413 Tandem non obstant Decreta in contrarium adducta, n. 3374.

Et quidem Decretum Sac. Congr. Episc. & Regul. die 17. Novemb. 1628. approbante Urb. VIII. quod tertius refert Diana p. 8. *tr. 7. ref. 50.* & Donatus *tom. 2. p. 3. tr. 11. qu. 17. num. 6.* censuit extincta esse privilegia, si quæ Regulares habebant, absolventi à casibus Ordinarii loci reservatis, & à casibus in Bulla Cœnæ contentis, adeoque Regulares nec intra, nec extra Italiam posse quæcumque absolvere ab eisdem casibus in Bulla Cœnæ contentis, aut Ordinarii loci reservatis.

3414 Decretum est, ut sequitur: (Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium acceptis, & consultatiombus Episcoporum, & Regularium præposita, censuit, per confirmationes privilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacra. Concil. Trid. obtinuerunt, nequaquam revivisse privilegia prius ab eodem Concilio, ac deinde etiam ipsius

3416 Præmissa autem privilegia, à Sixto IV. Julio II. & Paulo III. concessa, recentissimis Decretis, & Constitutionibus non adferari, constat ab pervolventi. Imo esse conformia Sacris Canonibus *supra n. 3398.* relatis, nec Regularibus vagentur.

3417 Tandem non obstant Decreta in contrarium adducta, n. 3374.

Et quidem Decretum Sac. Congr. Episc. & Regul. die 17. Novemb. 1628. approbante Urb. VIII. quod tertius refert Diana p. 8. *tr. 7. ref. 50.* & Donatus *tom. 2. p. 3. tr. 11. qu. 17. num. 6.* censuit extincta esse privilegia, si quæ Regulares habebant, absolventi à casibus Ordinarii loci reservatis, & à casibus in Bulla Cœnæ contentis, adeoque Regulares nec intra, nec extra Italiam posse quæcumque absolvere ab eisdem casibus in Bulla Cœnæ contentis, aut Ordinarii loci reservatis.

3418 Decretum est, ut sequitur: (Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium acceptis, & consultatiombus Episcoporum, & Regularium præposita, censuit, per confirmationes privilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacra. Concil. Trid. obtinuerunt, nequaquam revivisse privilegia prius ab eodem Concilio, ac deinde etiam ipsius

pressa di sua Beatitudine mi hanno imposto di scrivere, che &c. faccia intendere à tutti i Confessori di costì, siano quantoavvoglia privilegiati, & efenti, che onninamente si conformino con i sudetti decreti, e non ardiscano di contravenire sotto qualsivoglia pretesto di caso, etiam di precisa necessità, fuorchè in articolo mortis, con reincedenza, si convalescerint.

3416 Ubi (ut vides) in præmissis omnibus decretis nulla fit mentio de Superioribus Regularibus in ordine ad proprios subditos, sed solum de ipsis Confessariis Regularibus; adeoque intelligi debent in ordine ad sæculares; minime in ordine ad Regulares; & ita sentiunt Donatus, & Peyr. citati, & quam plures apud ipsos. Ut enim inquit Donatus: *Odia sunt restringenda, & in odioli non comprehenduntur Regulares, nisi in specie exprimentur.*

3417 Imo ita fuisse declaratum à S. C. Reg. factò verbo cum SS. Clem. VIII. refert Peyr. cit. ex Peregr. no. & Naldo.

3418 Et quidem satis colligitur ex ipsis decretis: nam indiscriminatum & unitim loquuntur de reservatis Ordinario, & de reservatis Papæ in Bulla Censæ; quod non haberet locum quoad primam partem, si loquerentur de Superioribus Regularibus in ordine ad suos subditos; nam isti non subjacent casibus reservatis Ordinaris locorum. Tum quia ipsidem, quibus prohibent abolitionem à reservatis Ordinario, prohibent abolitionem à reservatis Censæ; unde solum loquuntur de ipsis Confessariis in ordine ad sæculares.

3419 Decretum SS. Inquisit. sub Innoc. X. 23. Maii 1652. non est ad rem; quia solum loquitur quoad sæculares, & in virtute Jubilæi, ut constat ex ipso edicto Inquisit. Siciliæ, quod fuit publicatum Panormi die 15. Februarii. 1657. in quo Decreto nulla fit mentio de Prælati Regularibus quoad suos subditos, & de Privilegiorum virtute.

3420 Nec obstat Privilegium concessum Inquisitoribus à Paulo V. 1. Sept. 1606. per Bullam, *Romanus Pontifex*, & ab Alexand. VII. 8. Julii 1660. per Bullam, *Licet alias*, relatum in tom. 2. n. 148. Quia per illud solum exprimitur revocatio privilegii Provincialium juridice procedendi contra suos subditos in causis hæresis & suspitionis hæresis, processus formando, testes examinando, & reos castigando, quod habebat à Leone X. per Bullam *Exponi nobis* 15. Octobris. 1516. in Bullario Rodr. 2. Paulo 111. per Bullam *Romani Pontifici* 25. Aprilis 1546. & à Pio IV. per Bullam *Pastoris Æterni* 1. Aprilis 1562. *ibid.* & nulla fit men-

tio de potestate abolvendi in foro interno conscientia, quæ quidem est omnino distincta à potestate juridice procedendi, quæ utique solum competit Inquisitoribus.

3421 Hæc sunt Decreta omnia, quæ in oppositum possunt adduci. Si quoad aliud referatur, vel non appareat, vel non est promulgatum, vel non constat authenticè.

3422 Deinde non obstat Stylus Curia, seu S. Pœnitentiariæ, si quis sit, abolvendi Religiosos, & respectivè cum eis dispensatum super aliquo ex præmissis casibus, Donatus tom. 1. part. 1. tr. 13. qu. 17. n. 26. quia id vel fiat ad majorem cautelam, ut ait Donatus: vel quia recurrens potestatem sui Prælati ignorat. Tum quia stylus Curia consistit in hoc, quod si aliqui Regulares ad illam recurrant, absolvat, & dispense; at inde non sequitur, quod non sit in Prælati Regularibus potestas ad hujusmodi abolitiones, & dispensationes: sicut nec id sequeretur, si quis Regularis ad Episcopum recurreret, & Episcopus abolveret, ac dispensaret, unusquisque enim utitur jure suo. *Legge Portellium ver. Dispensare num. 18. majora docentem.*

3423 Non erit autem abs re hic referre, quæ habet Melphi de Pœnit. cap. 18. q. 3. in tomo Typis dato Romæ 1649.

(Majorem, & ampliorem facultatem dispensandi, & abolvendi, habent Prælati Regulares, quam sæculares (supple tu, erga suos subditos) & ita mihi fœtel consulenti Dominum Coccinum, Rotæ Decanum, & Sacræ Pœnitentiariæ Regentem, pro quibusdam casibus, qui è partibus mihi commisi fuerant, respondit ipse Prælati: Miror, quod vos ad Sacram Pœnitentiariam confugitis, cum in vestris Privilegiis majorem Pœnitentiariæ facultatem habeatis: sicut de factò est.)

3424 Ex quibus (ajunt sectatores secundæ sententiæ) evidenter concluditur, recentium jus Prælatorum Regularium in suos subditos esse certum, revocationem vero nedum esse dubiam, sed potius clare constare nullam adesse; ac prout assertionem secundæ sententiæ remanere moraliter certam.

#### PLURA DE PRÆLATIS REGULARI-BUS QUOAD SUBDITOS IN-RESERVATA.

3425 **I**dem dicunt restiti Doctores de Prælati Regularibus in ordine ad Moniales sibi subjectas, etiam diversè Regular, & tam secundum, quam tertium Ordinis, collegialiter, & sub professione trium votorum substantialium viventes, ex Privil. Sixti IV. Bulla

19. Sa-

19. Sacri Pœnitentiarii, & Minorem Fratrum Ordinis 26. Julii 1479. ubi eis concedit communicationem omnium privilegiorum, quatenus earum sexui non contradicunt. Ipsidem privilegia fruuntur Tertiaris, & Oblati cum ipsis fratribus claustraliter viventes, ex Consl. 22. *Decem intra*, edita in Conc. Lateran. sess. 11. à Leone X. 1. Martii 1518. §. 21. v. n. 3381.

3426 Item ipsidem fruuntur Tertiaris non claustraliter, sed in domibus suis viventes, etiam si sint viduæ; quæ tamen Tertiarium Regulam servant, & faciunt solum votum castitatis ex Ordinarii licentia. Non est autem necesse, quod emittant alia duo vota; idque ex Conc. Lateran. cit. Unde sunt vere sæculares. Harum tamen Confessarii esse debent ab Ordinario loci approbati, ex Decreto S. Congreg. 20. Decemb. 1556. & 31. Jan. 1620. apud Lantulcam: v. *Tertiaris*, & Peyr. in Consl. 4. Sixti IV. §. 7.

3427 Moniales S. P. Dominici communicare cum privilegiis aliorum Ordinum (exceptis odiosis, & eorum sexu repugnantibus) etiam si Fratrum Ordinis Minorum, aut Ordinariorum locorum regularium earum Monasterium sit commissum, docet Donatus tom. 3. tr. 2. q. 18. §. 19. Idem die de Clarissis.

3428 Prælati Regulares potestatem à prædictis casibus abolvendi, & super eis respectivè dispensandi, possunt alteri generaliter delegare, quia est potestas ordinaria.

3429 Jurisdiclio enim delegata est, quæ competit ex particulari Superioris commissione, quæque sequitur personam; & hæc expirat morte concedentis, nisi causa sit incepta, aut sit data à Summo Pontifice, vel Principe Supremo ad universitatem causarum. Ordinaria vero est, quæ competit ex lege generali, & perpetua, quæque sequitur officium, non personam, qualis est præfata jurisdiclio Prælati Regularis: & hæc non expirat morte concedentis.

3430 In Confessariis, ut à prædictis reservatis absolvant, non sufficit simplex approbatio in Confessario; sed requiritur ulterius generalis, aut specialis deputatio ad illos, ut hique ex privilegiis.

3431 Prælati Regulares suos subditos absolvere possunt, ac dispensare, & pariter absidem absolvi, & dispensari non solum in loco suæ jurisdictionis, sed etiam extra, Melphi in Consl. cap. 7. stat. 1.

3432 Quantum ad Guardianos, affirmant posse à reservatis Papæ absolvere, & absolvi, Port. verb. *Prælati*, & Rodriguez in comp. ref. 3.

Dico verius non posse, Melphi cap. 7. stat. 1.

pag. 504. quia quamvis posset, quantum est ex vi privilegii, quatenus eos comprehendit ex num. 3379. non possunt tamen ex jure particulari nostre Religionis, quæ in Capitulo Generali tale privilegium quoad Guardianos non acceptavit, fundata in Trid. sess. 14. c. 7. ubi ad *Christiani populi disciplinam pertinere visum est, quæ gravata crimina non à quibusvis, sed à summo duntaxat Sacerdotalibus absolventur*. Idem ibi est concessum Episcopis in suis Diocæbus, & inde auctoritatem quasi Episcopalem habentibus, cujusmodi sunt Provinciales, minime Guardiani; hæc de causa in stat. c. 7. §. 2. per tria Capitula Generalia habetur:

[Decernimus, & sancimus, ut in illis casibus, quos per statuta Generalia, aut per Constitutiones Apostolicas reservatos esse, aut refervari contigerit, nemo absolvere quenquam præsumat sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, nisi à Generali, vel Provinciali Prælati absolvi facultatem accipiat.]

3433 Hinc in nostra Religione Guardiani, licet sint ipsorum Confessarii, facultatem super reservatis Papæ, aut Provinciali non habent, nisi ab ipso Provinciali obtineant. In cæteris vero Religiosis consulat unusquisque propria futura: v. n. 3383.

3434 Illud certum est, Guardianum non posse approbare Confessarios pro alio, sed id solum ad Generales, Provinciales, aut Custodes custodias habentes spectare: vide nu. 3379.

3435 In Ordine nostro reservatur Provincialibus gravis percussio. At in nostris statutis conceditur, ut possit ab ea, etiam in foro externo, absolvere si non sit atrox, aut subditi in Prælatum à Guardianis, vel eo absente per diem naturalem Vicarius, si Ministri præsentia intra triduum haberi non possit.

Potestatem ad dispensandum quoad alia, quæ ad Sacram Pœnit. non spectant, vide in com. Rodr. ref. 52. & Melphi in comment. cap. 2. stat. 14. §. 5. qui fute agit de pœnis contra male promptos ad Ordines.

#### MONIALES

3436 **N**on exemptas subdi casibus reservatis ab Episcopo, non est dubium, quia sunt ejus subditi.

Exemptæ vero subduntur casibus reservatis proprio Prælati Regulari. Unde Ordinarius pro his non potest aliter reservare casus, nisi illos, qui ad claustrum spectant, quia moniales exemptæ, solum quoad claustrum sunt Ordinario subjectæ. Idem die de puelis,